

ACTA CONVENTUS VELEHRADENSIS

Acta I. Conventus Velehradensis. - 10 Kčs.

Acta II. Conventus Velehradensis. - 10 Kčs.

Acta III. Conventus Velehradensis. - 15 Kčs.

Acta IV. Conventus Velehradensis a. 1924. - 40 Kčs.

Acta V. Conventus Velehradensis a. 1927. - 50 Kčs.

Acta VI. Conventus Velehradensis a. 1932. - 50 Kčs.

Acta VII. Conventus Velehradensis a. 1936. - 30 Kčs.

**Acta conventus Pragensis pro studiis orientalibus a. 1929 cele-
brati. Olomucii 1930. - 38 Kčs.**



**DR JOANNES CHRYS. JAROŠ, Impedimenta matrimonialia
apud Bulgaros unitos. Olomucii 1939, pg. 266+LX, 60 Kčs.**

**DR JOSEF LUSKA, De argumentis Eugenii Akvilonov contra
conceptum Ecclesiae prout ea est societas. Olomucii 1940, pg.
120, 20 Kčs.**

**ACADEMIA VELEHRADENSIS
OLOMOUC, Theologica facultas a ss. Cyrillo et Methodio.
Čechoslovakia**

Vydává Akademie Velehradská v Olomouci. - Odpovědný redaktor Dr Josef Luska. - Tisknou Lidové závody tiskařské a nakladatelské v Olomouci. Používání novinových známek povoleno výnosem ředitelství pošt a telegrafů v Brně č. 17.488/III a 38.

ANNUS XVIII.

FASC. 1-4

ACTA ACADEMIAE VELEHRADENSIS

OLOMUCII 1947

SUMPTIBUS ACADEMIAE VELEHRADENSIS

ACTA ACADEMIAE VELEHRADENSIS

eduntur quotannis in quatuor fasciculis.

*Subnotatio huius tomī: membra Academiae Velehradensis
100 Kčs, ceteri 150 Kčs.*

*Redactores: Dr Jos. Luska, Dr Ivan Mastyl'ák CSsR, Vojtěch
Tkadlčík, adiuvantibus professoribus theologicae facultatis a ss.
Cyrillo et Methodio, Universitatis Palackianae, Olomucensis.*

*Redactio et administratio: Academia Velehradensis, Olomouc,
C. M. bohoslov. fakulta, Universitní nám. 1, Čechoslovakia.*

LECTURIS SALUTEM!

Academia Velehradensis condita est a. 1909 ad labores scientificos de Ecclesia orientali (Graeco-Slavica) promovendos. Ad id propositum assequendum A. V. convocat conventus virorum doctorum et eorum, qui studia rerum Ecclesiae orientalis fovent. Agit institutionis cursus qui dicuntur, instituit et adiuvat, quae ad haec studia colenda suscipiuntur, quaestiones de rebus, quae ad haec studia pertinent, cum praemiis proponit. Edit opera scientifica et adiuvat studia eorum, qui res Ecclesiae orientalis elucubrant.

Adhuc sequentia in memoria revocare iuvat. In VII. Conventu Velehradensi a. 1936 celebrato propositum est, ut ad continuandam assidue atque fovendam operam Congressum Velehradensis Acta Academiae Velehradensis, ut scientificum organum permanens, in lucem prodirent rhythmo magis regulari. Et quidem saltem in duobus fasciculis per annum, uno fasciculo per

**ACTA ACADEMIAE
VELEHRADENSIS**

ANNUS XVIII

OLOMUCII 1947

SUMPTIBUS ACADEMIAE VELEHRADENSIS

INDEX

DISSESTITONES

| | |
|---|-------|
| <i>Grivec Fr. Dr.</i> , Sermo panegyricus in memoriam ss. Cyrilli et Methodii | 1-25 |
| <i>Mastyl'ak Joannes CSsR</i> , <i>Dr.</i> , De motu idearum in Russia saeculo XIX. | 26-45 |
| <i>Grivec Fr. Dr.</i> , De nexu primatus cum Sede Romana | 46-52 |
| <i>Polách Ota S. J.</i> , <i>Dr.</i> , Kdo je autorem tak zv. „Bulharské legendy“ | 53-70 |
| Summarium in lingua latina | 70-74 |
| <i>Grivec Fr. Dr.</i> , De lingua palaeoslavica | 75-84 |
| <i>Raes Alphonsus S. J.</i> , Libri liturgici in lingua Slavica a Sancta Sede editi | 85-88 |
| <i>Grivec Fr. Dr.</i> , De nova editione operis Vitae Constantini et Methodii | 89-91 |

MEMENTO MORTUORUM

| | |
|---|--------|
| Andreas Šeptyckyj, metropolita Leopoliensis | 92-102 |
| Leopoldus Prečan, metropolita Moraviae | 103 |

ANNALES

| | |
|--|---------|
| De congressu unionistico Velehradie ao. 1946 | 104-105 |
| De Conventu pro Unione ecclesiarum commemorativo anno 1947 | 106-107 |

NOTAE BIBLIOGRAPHICAE ET RECENSIONES 1939 - 1946

| | |
|--|---------|
| <i>I. Sectio Cyrillo-Methodiana</i> | 108-137 |
| 1. Bibliographia | 108-109 |
| 2. Quaestiones historicae et archeologicae | 109-119 |
| a) Fontes | 109-111 |
| b) Historia ss. Cyrilli et Methodii | 111-115 |
| c) Quaestiones archeologicae | 115-117 |
| d) Cultus momentumque historicum ss. Cyrilli et Methodii | 117-119 |
| 3. Quaestiones philologicae | 119-131 |

| | |
|--|---------|
| 4. Quaestiones theologicae | 131-137 |
| a) Versio biblica Palaeoslavica . | 131-134 |
| b) Theologia ss. Cyrilli et Methodii | 134-135 |
| c) Liturgia Palaeoslavica | 135-137 |
| <i>II. Sectio orientalis</i> | 137-194 |
| 1. Ecclesiologia et unionismus | 137-151 |
| a) Ecclesiologia | 137-144 |
| b) Unionismus | 144-151 |
| 2. Philosophica | 151-158 |
| 3. Biblica | 158-160 |
| 4. Theologica | 160-168 |
| 5. Iuridica | 168-174 |
| 6. Liturgica | 174-178 |
| a) Editiones librorum liturgicorum | 174-175 |
| b) Elucubrationes | 175-178 |
| 7. Historica . | 178-194 |
| a) De concilio Florentino | 178-179 |
| b) Historia Byzantina | 179-182 |
| c) Historia Slavorum orientalium | 182-193 |
| d) Alia historica orientalia | 193-194 |
| <i>III. Sectio occidentalis</i> | 195-244 |
| Slovaca | 195-204 |
| 1. Theologica et philosophica | 195-202 |
| 2. Historica | 202-204 |
| Bohemica | 204-244 |
| 1. Philosophica | 204-210 |
| 2. Biblica | 210-219 |
| 3. Apologetica, dogmatica, patristica | 219-223 |
| 4. Moralia, ascetica, mystica | 223-227 |
| 5. Iuridica . | 227-229 |
| 6. Homiletica, liturgica, hodegetica | 229-234 |
| 7. Paedagogica, didactica, catechetica | 234-237 |
| 8. Historica | 238 |
| 9. Ars sacra | 238-244 |
| a) Architectura, sculptura, pictura | 238-241 |
| b) Musica sacra et cantus ecclesiasticus | 241-244 |

Dr Fr. GRIVEC

SERMO PANEGYRICUS IN MEMORIAM SS. CYRILLI ET METHODII

De textu palaeoslavico.

Ad illa, quae de textu et codicibus dixi in AAV 1941 (pg 23-25), pauca addo.

Antiquissimus codex e saeculo XII. exeunte est in collectione ecclesiae Dormitionis (Uspenije; ideo signo **U**) b. Mariae Moscoviae. Praeterea exstant tredecim codices redactionis Russicae ac tres codices redactionis Serbicae, nempe duo Vladislavi Grammatici (a. 1469 et 1479; signo **G**) et codex a. 1598 in Panegyrico monasterii Hopovo (Fruška gora). *P. Lavrov* (Materialy po istoriji voznikovenija drevnejše slavjanskoy pišmenosti 1930) edidit textum **U**, adiectis lectionibus variantibus codicum Russicorum, et textum codicis **G**. Codex **G** nonnullas lectiones arbitrarie correxit ac multa omisit (ab initio c. 3 usque ad finem c. 5 et alia). *A. Teodorov-Balan* (Kiril i Metodi I. Sofija 1920) edidit textum **U** (ex editione Lavrov 1898).

Sequentem versionem Latinam distribui in capita iuxta editionem Teodorov-Balan. Citationes e s. scriptura expressae sunt litteris *cursivis*; loci e VC, VM, liturgia e. a. signati sunt signis „citationis“.

Dissertatio divisa est in capita:

I. Versio Latina annotationibus illustrata.

II. Citationes e liturgia et s. scriptura.

III. Relatio ad alia scripta palaeoslavica: 1. Relatio ad VC et VM; 2. Relatio ad Sermonem panegyricum in memoriam s. Cyrilli; 3. Relatio ad Napisanje o pravěj věrě; 4. Relatio ad Proglas sv. evangeliju.

IV. Comparatio cum scriptis Constantini presbyteri: 1. Explanatio s. evangelii; 2. Officium in honorem s. Methodii; 3. Preces alphabeticae.

Conclusio.

Abbreviationes:

VC = Vita Constantini; VC 3 = 3. caput VC.

VM = Vita Methodii.

G = Codex Vladislavi Grammatici (a. 1469 et 1479).

U = Codex ecclesiae Dormitionis (Uspenije) b. Mariae — Moscoviae.

RA = Razprave Akademije znanosti in umetnosti (Filozof. — filol. — histor. razred.). Ljubljana.

Sermo panegyricus in memoriam ss. Cyrilli et Methodii.

Mense Aprili, die sexta.

Sermo panegyricus in memoriam sanctorum et gloriosissimorum doctorum gentis Slovenae, qui litteras confecerunt, Novum et Antiquum Testamentum in eorum¹ linguam verterunt, beati Cyrilli et archiepiscopi Pannonici Methodii.

Benedic domine pater!

1. *Deus et Salvator noster Jesus Christus multa et ineffabili philanthropia* (Tit 3, 4) miseritus generis humani ac non patiens creaturam suam „fraude diaboli“² detineri, „demisit semetipsum in humiliationem voluntariam et incarnatus de Spiritu sancto ac de purissima et de gloria Dei genitrice et semper virgine Maria,“³ „in terra apparuit et cum hominibus vixit“ (Baruch 3, 38);⁴ et „conformis factus corpori nostro, damnavit peccatum carne (Rom 8, 3) sua, ut in Adamo morientes in Christo vivificantur“⁵ (1 Cor 15, 22). *Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum et parietem maceriae destruxit, et qui cruce occidit inimicitias* (Eph 2, 14, 16); et „primogenitus e mortuis (Col 1, 18) semetipso genus humanum duxit in viam incorruptam.“⁶

1. 1 In textu palaeoslavico est numerus pluralis (iuxta sensum); grammaticae debet stare *eius* (gentis).

2 VC I.

3 Haec sententia ad verbum recurrit in scripto *Napisanie o pravěj věrě* (v. 128—131).

4 Repetitur in liturgia s. Basiliī in ampla poëtica oratione (praefatio, anaphora) „Sъ simi blažennymi silami“ (*Μετὰ τούτων τῶν μακαρίων δυνάμεων*.) Textus Graecus biblicus (et liturgicus) habet *συναντηθέσῃ*, Vulgata *conversatus est* (cum hominibus), versio palaeoslavica autem *sъčloveky požive.*

5 Omnes hae expressiones occurrunt in laudata oratione liturgiae s. Basiliī, sed in aliis constructionibus.

6 Ad verbum e *Napisanie o pravěj věrě* (v. 148—150).

„Ascendens autem in coelum, consedit a dextris throni maiestatis in altis“ (Hebr 1, 3)⁷ „mandato dato tentante generi humano“,⁸ venturus ultimis temporibus „judicare vivos et mortuos et reddere unicuique iuxta opera eius“ (Rom 2, 6)⁹ tamquam iustus iudex. „Non enim vult mortem peccatoris, sed eius conversionem (Ez 33, 11) et poenitentiam, quamquam maxime deditus est militiae quivis homo.“¹⁰ „Non reliquit enim misericors Deus creaturam suam,“¹¹ „neque oblitus est operis manuum suarum,“¹² „sed omnibus temporibus et annis elegit viros et ostendit opera eorum et certamina hominibus, ut illos imitantes“¹³ vitam infinitam acquirerent; „et post illos prophetas, post prophetas autem apostolos, post apostolos martyres et viros iustos et doctores.“¹⁴ „Quod factum est etiam nostro saeculo septimo. Dixerunt enim illi: caeci videbunt, surdi audient (Is 35, 5) verbum Scripturae,“¹⁵ „et omnes loquentur variis linguis magnalia Dei“ (Act Ap 2, 4. 11).¹⁶

2. „Erat autem in Tessalonica urbe vir quidam, nomine Leo,“¹ *homo simplex, rectus ac timens Deum, abstinenſ ab omni maliitia* (Iob 1, 1)² et „observans omnia mandata divina, sicut Iob.

⁷ E liturgia s. Basili.

⁸ VM 1 (de mandato in paradiſo). Verba e VM 1 hic incogruentur repetuntur; mandata Christi non possunt dici „tentantia“, sed potius „salutaria“, prout in liturgia s. Basili appellantur.

⁹ Haec verba in Euchologio Sinaitico palaeoslav. saepe repetuntur (67 b 1—4; 89 a 1—3 e. a.). *Nahtigal* Euch. Sin II. (Ljubljana 1942, 38 et 186).

¹⁰ VC 1.

¹¹ VM 1 et liturgia s. Basili.

¹² Liturgia s. Basili.

¹³ VM 1.

¹⁴ VC 1. Verba „post illos prophetas...“ contextui adaptata non sunt.

¹⁵ Ad verbum e carmine palaeoslav. *Proglas sv. evangelija*. — *Saeculum* hic spatium mille annorum significat. Byzantini enim a creatione mundi usque ad Christum natum 5508 annos numerabant; itaque saec. IX. in septimum spatium millesimum cedit.

¹⁶ Haec verba eadem forma in VM 8 occurunt; *variis linguis* est iuxta versionem Latinam Vulgatam; in textu Graeco et palaeoslavico: *aliis linguis*.

^{2. 1} VC 2.

² Ad verbum e versione palaeoslav. libri Iob, omisso vocabulo iustus. Textum palaeoslav. ediderunt: *J. Vajs*, Liber Iob (Krk 1903) et *F. Pechuška*, Stsl. překlad knihy Job (Praha 1935).

Vivens autem[“]³ in modestia et pietate septem filios genuit,⁴ sicut Job, de quo etiam propheta loquitur: *Beatus vir timens Deum, in mandatis eius volet valde. Potens in terra erit semen eius; generatio rectorum benedicetur. Gloria et divitiae in domo eius, et justitia eius manet in saeculum saeculi.* (Ps 111, 1-3).⁵ Ex hac enim radice eluxerunt eximiae duae palmites⁶ splendidiae, benedictum fructum in se portantes, vitam autem irreprehensibilem a iuventute habentes. Sapientiam enim sibi sicut sororem facientes⁷ illa ornaverunt et animam et mentem; caritate autem et fide alter alterum praecurrebant, sapientia „florentes semper sicut flos odoratus“.⁸

3. Beatus Constantinus, iunior natu,¹ sed ingenio et virtutibus sursum volitans „sicut aquila“² alis animi, ac divinitus splendente luce intellectum suum³ illuminans, vas electum Spiritus sancti, et ita fulgens omnis doctrinae philosophicae abundans thesaurus inventus est, sicut fons replens universum orbem terrarum. Sitientes potavit verbo divino, sicut dixit ipse dominus Deus noster Jesus Christus: *Credens in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquae vivae* (Io 7, 38), id est dona Spiritus vivificantis. Ille enim effervit in eo, effundens se labiis eius et universum orbem dulcedine delectat, verbum disseminans omni genti secundum⁴ intellectum eius; datum est enim ei donum, loqui linguis spiritualibus sicut apostolo.⁵

³ VC 2.

⁴ Sedmerodън — „septem liberos gignens“; hoc attributo suppletur comparatio (VC 2) Leonis cum Job. Ast Job genuit septem filios et tres filias; in codice G (Vladislavi Grammatici) loco illius vocabuli palaeoslavici stat: septem filios genuit.

Fere ad verbum congruit cum versione palaeoslav. Psalterii Sinaitici.

VC 2: bonae radicis bona soboles.

Prov 7, 4; VC 3.

⁸ Repetitur infra in c. 4.

3. 1 In codice **G** post hoc verbum omissus est textus usque ad finem capitinis 5. (usque ad verba: Abraham, proavus Christi).

² E palaeoslav. Pohvala sv. Cirilu.

³ Uma, genitivus pro accusativo.

⁴ protivu, sensu po, xatá; ita etiam in palaeoslavico Euch. Sin. 67 b 1—4 (Nahtigal, Euch. Sin. II, 38 et 186).

⁵ Paulo (1 Cor 14, 5 e. a.) et aliis (Act 10, 46); vide infra notam 1. ad caput 7.

4. Senior autem frater eius, beatissimus Methodius, ab adolescentia mundi dignitates consequi coepit. Sapientia enim „sicut flos odoratus florens“ omnibus dominis¹ dilectus fuit. In verbis enim sicut Salomon apparuit, miras parabolas et institutiones et quaestiones proferens e cordis fundo, et in ministerio omnibus gratus. Veluti alatus inventus est et in bello sicut Samson et Gedeon et Iosue Nave terribilis apparuit.² Ideo autem et strategi³ dignitate adepta in ea aliquantum⁴ permansit. Et cognito turbulentio hoc mundo veluti somnium inutiliter transiens, magis autem verbum Domini sicut sagittam in corde suo suscipiens, sicut dixit: *Quid prodest homini, si universum mundum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur, vel eam perdat, aut quam dabit homo commutationem pro anima sua* (Mt 16, 26). Et „permutans terrestria coelestibus,⁵ temporalia enim a se abiciens contemnens, in aeterna studuit. „Et profectus in Olympum tonsus est in nigra vestimenta,⁶ expectans accipere albam et incorruptibilem angelicam vestem.⁷ Et erat subiciens se omnibus cum oboedientia et humilitate in vigiliis et oratione in angustia et servitio, in abstinentia semper, in purgatione spirituali, in fletu bono. Ex oculis (duos) fontes emittens sicut flumen et iis lavans totum corpus suum.⁸ Corporis quietem omnino nesciens qualis est, sed omni nocte stans a solis occasu usque ad ortum, non dans somnum oculi suis, nec palpebris suis dormitationem

4. ¹ vladykami; „flos adoratus“ etiam supra c. 2 (nota 8).

² In VM de his nihil.

³ VM 2 et 3 narrat, Methodium *archontiam* obtinuisse. — In VC 4¹⁷⁻¹⁸ kneženie (archontia) expresse distinguitur a stratego. Hic igitur munus Methodii (vojevodskij san) minus exakte notatur.

⁴ *malo* (paulum), VM 3 autem *annis multis*; terminus *malo* relativus est, significans *aliquantum*.

⁵ VC 4.

⁶ VM 3, ast ibi stat: „induit nigra vestimenta“.

⁷ Nigra vestimenta significant primum gradum votorum (mikrôn schema), vestis alba autem gradum supremum (méga kai angelikôn schema).

⁸ Haec hyperbolica dictio in prima parte (fontes ex oculis) alludit ad Ps 118, 136 et Thren 1, 16. In altera parte autem ad quandam similitudinem accedit cum *corpore lacrimoso* (slzno telo) II. fragmenti Frisingensis et propinqui sermonis Clementis Bulgarici; sensus quidem diversus est, attamen probabile videtur, hanc dictionem scholae litterariae ss. C. et M. propriam esse.

nec quietem superciliis suis (Ps 131, 4),⁹ exercens se *psalmis, hymnis et canticis spiritualibus* (Col 3, 16).¹⁰ Simul certans ad assequendas¹¹ vitas sanctorum patrum; hos quidem superavit mansuetudine et silentio, alios autem ieiunio et vigiliis et oratione et humilitate eximie. Et ita celeber erat in omnibus patribus, similis magno Arsenio et Antonio et Sabae, omnium vitas in se perficiens. Misericors autem Deus, videns eum in tanto labore perseverantem, posuit in cor fratrum, qui videntes certamen (studium) eius eximum in servitio divino unus ad alterum mirabantur et glorificabant Deum, dantem gratiam desuper laborantibus propter eum. Donec „patriarcha audiens de eius certamine, coegerunt eum, ut constitueretur metropolita in nobili loco. Et cum non potuissent eum ad hoc cogere, constituerunt eum hegumenum¹² in monasterio nomine Polychron, in quo erant 70 patres.“¹³ Et hoc suscipiens permanebat sicuti absque carne in orationibus semper - *omnibus omnia, ut omnes lucrifaceret* (1 Cor 9, 22).¹⁴

5. Sancta quoque scriptura etenim de talibus¹ clamat laudando dicens: *Sapientia antiquorum exquiretur² et in prophetiis conversabuntur,³ Narrationes virorum nominatorum conservabunt et in versutiis parabolarum exhibunt.⁴ In medio magnatorum ministrabunt et coram praesides apparebunt. In terra alienarum*

⁹ In versione palaeoslav. Psalmorum pro voce *superciliis* stat Graecum *krotopama* (κροτάφωις), quod Vulgata vocabulo *temporibus* vertit. Hoc loco supplenda est nota in libro V. Jagić, Entstehungsgeschichte (1913) 312.

¹⁰ Haec verba bis repetuntur in Euchologio Graeco; Euch. Sin 94 b 12—14 et 99 a 22—23; hymni et cantica memorantur etiam infra in capite 13 (nota 8).

¹¹ съподважа сен съпостигнути.

¹² Abbatem.

¹³ VM 4; ibi etiam imperator memoratur, hic autem, imperatore omissio et paucis mutatis, sententia contextui minus adaptata est.

¹⁴ VM 2.

5. 1 In textu palaeoslav. dualis. Sequens textus e libro Ecclesiastici ultra modum in numerum dualem transpositus est

² In textu biblico graeco ἐκξητήσει - exquiret.

³ In textu biblico ἀσχολήσεται (vacabit); ast hic omissus est versus sequens (3.), in quo stat verbum ἀναστρέψεται (conversabitur).

⁴ Textus biblicus συνεισελεύσεται (introibit). Post haec verba omissus est totus 3. versus.

gentium pertransient; bonum et malum in hominibus tentabunt⁵
Cor suum tradent diluculo⁶ ad Dominum, qui fecit illos; et coram
Altissimo orabunt. Et aperient ora sua in oratione, et pro delictis
suis orabunt. Si autem Deus magnus voluerit, spiritu intelligentiae
replebuntur, et ille emittet eloquium et sapientiam eorum.⁷
Et in oratione confitebuntur Domino,⁸ ille enim palam faciet
institutionem et doctrinam eorum;⁹ et in lege testamenti Domini
gloriabuntur. Collaudabunt multi sapientiam eorum, et usque
in saeculum non delebitur. Et non recedet (memoria)¹⁰ eorum;
et nomen eorum vivet in generationes. Sapientiam eorum enarrabunt
gentes; et laudem eorum enuntiabit ecclesia (Eccli 39,
1-14),¹¹ cui erant fortes auxiliarii et immobiles columnae, fundatae supra firmam petram fidei,¹² proavos et patriarchas imitati
fide et certamine, gesta et labores eorum perficientes.

6. Sicut magnus patriarcha Abraham, proavus Christi,¹ fide
transmigrator et advena existens in terra aliena, „amicus Dei
appellatus est;“² et postquam testamentum circumcisionis a Deo
accepit, pater multarum gentium³ appellatus est. Hi vero sancti
et glriosissimi patres et doctores eadem fide ornati easdem virtutem

⁵ In textu slav. minus recte *iskušena budeta* (tentabuntur).

⁶ Textus slav. falso: *dasta utr̄ne byti*.

⁷ Ita scriptor palaeoslavicu, sed in textu biblico: ipse (sapiens) tamquam
imbres emittet eloquia sapientiae suae.

⁸ Post haec omissus est versus 10. biblicus.

⁹ Ita scriptor palaeoslavicu; iuxta textum biblicum autem: Ipse (sapiens)
palam faciet institutionem (disciplinam) doctrinae suae.

¹⁰ Textus palaeoslav. corruptus est; vocabulum *memoria* in omnibus codicibus omissum est.

¹¹ Ecclesia hic significat *conventum*, scriptor palaeoslavicu autem hoc vocabulum interpretatur sensu hodierno. Tam ampla citatio verborum s. scripturae per se innuit hunc locum biblicum iam antea in linguam palaeoslav. translatum esse; e translatione tot mendis corrupta autem sequitur, versionem librorum s. scripturae, a s. Methodio a. 884 exaratam, imperfectam fuisse, aut hunc locum nondum translatum esse.

¹² Haec allusio ad Lc 6, 48 et Mt 7, 24 frequenter occurrit apud ss. Patres et in liturgia (e. gr. antiphona ad Magnificat in vesperis martyris).

6. 1 Ita dicitur Abraham etiam in palaeoslav. Cod. Suprasl. pro graeco christopator (ed. Miklošič 1851, 348).

² VM 1 et VC 10; Jac 2, 23.

³ Gen 17, 5; Rom 4, 17. 18.

tes perfecerunt; transmigraverunt enim e patria sua et advenae erant in terram alienam. Legem vere a Deo acceperunt non suae genti, sicut Abraham, sed populo, qui *nesciebat dexteram suam et sinistram* (Iona 4, 11),⁴ sed cui allisit, illi se subiens adorabat sicut deum, creaturam loco creatoris. Testamentum autem acceperunt non circumcisionis, sicut Abraham, sed baptismi et remissionis peccatorum in saecula permanens, perfectum et traditum ab ipso Domino nostro Iesu Christo. „Moyses quoque, *cum Aaron in sacerdotibus Dei* (Ps 98, 6), Deus Pharaonis (Ex 7, 1) appellatus est, postquam cruciatibus variis Aegyptum⁵ cruciavit, populum Dei a servitute eduxit *interdiu nube lucida, noctu autem columna ignea* (Ex 13, 21; Ps 77, 14);⁶ et diviso mari, per siccum perduxit in desertum, adversarios autem submersit in abyssu. „*In deserto vero inaquoso* (Ps 77, 17 et 40 e. a.) potavit eos, perrupta petra, et *pane angelorum* (Ps 77, 25) satiavit.⁷ Et legem a Deo accepit „*digito Dei scriptam*,“⁸ in tabula enim lapidea tradit populo in observationem et oboedientiam.

Etiam hi (duo) beatissimi et Deo grati homines non minores illorum (duorum) apparuerunt. Eodem Spiritu divino potati de super, duplicis gratiae digni, populum eduxerunt e tenebrosissimo mari diaboli, Pharaonem spiritualem⁹ submerserunt et omnem vim eius deleverunt.¹⁰ Et armati fide et robore baptismi non in desertum eos eduxerunt, sed in lucem cognitionis Dei¹¹ deduxerunt. Non e lapide aquam educentes, sed fide verbi Dei sitientes potaverunt. Non e lapide sensu carente aquam eduxerunt, sicut illi duo, sed profluente sanguine et aqua e purissimo late re Domini nostri Iesu Christi, fidelibus cibum aeternum et infinitam vitam in salutem tradiderunt, in remissionem peccato-

⁴ Hic clare enuntiatur, ss. Cyrillum et Methodium Graecos fuisse atque gentem Slavicam rudem fuisse.

⁵ In textu slav. *Egypta* - genetivus pro accusativo.

⁶ VM 1.

⁷ VM 1.

⁸ Exod 31, 18; VM 1.

⁹ i. e. sensu metaphorico.

¹⁰ potrebista.

¹¹ bogorazumnyj.

rum dederunt; neque pane angelorum satiaverunt, sed verum corpus Domini nostri Iesu Christi (dederunt).

7. Legem autem divinam duplicitate transtulerunt et in „*nova lingua*“¹ tradiderunt, litteris ei confectis. Quod *a sapientibus et prudentibus absconditum erat, id revelatum est parvulis* (Mt 11, 25) ultimo saeculo a his (duobus): non in tabula lapidea scripta (lex), sed *in cordium tabula carnalium* (2 Cor 3, 3); neque per urbem neque nebulâ et procellâ pronuntiata, sed ipso Domino Iesu Christo perfecta et tradita. Non umbrae ministri, sed veritatis² praedicatores fuerunt; neque aspersione sanguinis vitulorum et hircorum aspergentes et purificantes maculas ad puritatem carnalem, sed sancto baptismo non solum corpus purgantes, sed spirituali lumine in cordis regione omnibus effulgentes. Neque sacrificii mactationis praedicatores vel ministri, sed immaculati et pacifici Christi servitii ministri et praedicatores apparuerunt, apostolis socii ad idem opus electi. „*Crucem spiritu in humeros suos suscipientes*“³ universum orbem pertransierunt, repletos doctrinâ ea loca, in quibus illi (apostoli) non constituerunt vel, ut longius proficiserentur, vel ad multiplicandas alias regiones propinquas, in quibus sicut radii solis diffusi luce cognitionis Dei⁴ universum mundum illustraverunt.

Iisdem autem vestigiis etiam hi (duo) ambulantes et eodem spiritu potati a Deo, eiusdem verbi praedicatores fuerunt et „*novi apostoli*,⁵ opus suum non super alienum fundamentum ponentes, sed novis litteris formati, et perfecerunt in „*nova lingua*“⁶ Postea autem effulgentes, sicut stella matutina, a sole lucem accipiens, splendidior omnium apparet. Et sicut operarii conducti in vineam, qui *portaverunt pondus diei et aestus*, cum illis, qui

7. 1 „*Nova lingua*“ occurrit etiam in palaeoslav. Precibus alphabeticis. SS. fratres s. scripturam *dupliciter* verterunt, i. e. nova lingua ac novis litteris. — „*Lingua nova*“ sensu s. scripturae (*linguis loquentur novis*, Mc 16, 17) idem significat ac „*linguae spirituales*“ supra in fine 3. capituli. Praeterea hic etiam novam linguam nationalem exultam notat, antea litteris carentem.

2 Veritas opponitur umbrae A. T. (Col 2, 17; Hebr 10, 1).

3 Repetitur infra in c. 14 (nota 1).

4 Bogorazumnym.

5 Infra c. 13.

hora undecima venerunt,⁶ aequali mercede gratiae divinae digni iudicati sunt, ita hi duo „novi praedicatores“ et lampades ultimo saeculo ad hoc idem opus profiteri dignati sunt, qui „bono certamine⁷ et fide fortiter lumbos suos succincti pertransierunt sicut sol, omnem nebulam paganam igni spirituali comburentes et haereticam, non parcentes animae sua, nec parcentes corpori suo, sed semper parati gaudio bibere Christi calicem⁸ pro vera fide.

8. Apud Saracenos et Chazaros apparuerunt invicti; sed sicut David olim, alienigenae (Philistaei) superbia prostrata, eum perdidit,¹ tribus lapidibus² praefigurans Trinitatem, et ipsius gladio ei caput abscidit et laudes innumeratas accepit a filiis Israel; ita et hi (duo) patres terhypostaticae divinitatis servi existentes et praedicatores, in conventibus Saracenorum et Iudeorum illorum libris et lingua³ Mohamedi fallacias et iudaicam malitiam gladio spirituali abscindendo deleverunt tamquam *zizania et combusserunt*⁴ gratia spirituali; verbum Domini autem seminaverunt sicut triticum in agro cordis et „omnes delectaverunt mellifluis verbis“.⁵ Trinam et principii (initii) carentem divinitatem clare professi sunt; ostenderunt in una essentia aequalitate fulgentem Patrem et Filium et Spiritum sanctum. Ita ceperunt eos sicut pisces sagena rationali. Et baptizaverunt e Chazaris homines nobiles fere ducentos *praeter mulieres et parvulos*,⁶ triplices laudes ab omni ecclesia accipientes.

⁶ Allusio ad parabolam de operariis in vinea Mt 20, 1—6.

⁷ VM 4; 2 Tim 4, 7.

⁸ Mt 20, 23. Ss. Cyrillus et Methodius revera parati erant mori pro fide; ita professus est Constantinus ante iter ad Arabes (VC 6) et Methodius ante missionem Chazaricam (VM 4).

8. 1 *nizloživ... potrebi.*

2 Supra nota 3. ad 6. caput VC; hic additur Constantimum his praefiguravisse s. Trinitatem.

3 Constantinus objectiones Arabum e Coran (VC 6) et Iudeorum altercationes e libris A. T. (VC 9—11) refellit.

4 Parabola de zizaniis Mt 13, 30. Similiter VC 15 de extirpatis erroribus in Moravia.

5 VC 10.

6 Mt 14, 21 et 15, 38. Hisce suppletur narratio VC 11 de conversione 200 virorum Chazanorum addendo, illos fuisse proceres (comites kaganj).

9. Inde transierunt in partes occidentales, evangelizantes verbum Dei „linguâ novâ“.¹ Et „universum legem ecclesiasticam“² verterunt e lingua Graeca et in propria eorum lingua tradiderunt. Trilinguium autem malitiam prostraverunt et perdiderunt,³ sicut zizania a trito separando, et purum et luci simile⁴ frumentum ecclesiae tradiderunt. In occidentalibus autem Pannonicis et Moravicis partibus sicut (duo) soles effulserunt, tenebras peccati repulerunt, illuminaverunt litteris et „edocuerunt discipulos universum ordinem ecclesiasticum“.⁵

10. Et ita *cursum consummantes* (2 Tim 4, 7) „iter aggressi sunt Romanum“,¹ ut sedem apostolicam venerarentur,² secum ducentes fructum spirituale ad consecrationem. Quibus auditis „apostolicus“³ Hadrianus iis obviam profectus est longe ab urbe Roma et ita eos suscepit sicut „angelos Dei“.⁴ Et doctrina eorum grata acceptâ, constituit Methodium presbyterum et discipulos eius.⁵

11. „Appropinquavit autem tempus pacem accipiendi“¹ sanctissimo et beatissimo patri nostro et doctori Constantino philosopho. Visa autem visione² a Deo de pace (morte) sua, induit vestimente nigra? Et die pacis suae indicta, permansit usque ad eam dies quinquaginta quinque,³ gaudens et laudans Deum. Et ita obiit in Domino anno 6377.⁴ „Et appositus est ad patres suos prophetas et apostolos, martyres“⁵ et omnes sanctos. Et posuerunt

9. 1 Supra c. 7 (nota 1).

2 VC 15; ibi loco *legem* stat *ordinem*.

3 *nizložbša potrebista* (supra c. 8. nota 1).

4 světoobrazno.

5 VC 15.

10. 1 VM 5: iter aggressus est Moravicum.

2 Clare expressum voluntarium iter Romam atque professio primatus Romanii.

3 VC 17 et 18; VM 6 e. a.

4 VM 6; infra c. 13.

5 VM 6: papa ordinavit presbyteros Methodium et tres discipulos.

11. 1 VM 17.

2 VC 18.

3 VC 18 dies quinquaginta, forsitan quia hic numerus sanctus videtur.

4 Ita etiam VC 18, addita nota: a creatione mundi.

5 VM 17.

eum in ecclesia s. Clementis, ubi multa miracula fieri coeperunt a venerabili eius sepulcro; coeci confestim illuminari coeperunt, aegroti sani fieri, daemonia exire.⁶ „Quibus visis, Romani magis se sanctimoniae eius dederunt.“⁷

12. Consecraverunt autem honorandum et religiosum¹ Methodium in archiepiscopatum in sedem sancti Andronici apostoli de septuaginta² in Pannonia, miserunt eum in partes Slovenicas, ut doceret in eorum lingua, postquam scripserunt epistolam hanc ad principes illius regionis, Rastislavo, Svetoplco et Koceli:

Hadrianus, servus omnium servorum Dei,³ ad Rastislavum et Sventoplkum et Kocelem. *Gloria in excelsis Deo et in terra pax, in hominibus bona voluntas,* (Lc 2, 14). Auditis de vobis spirituilibus gaudiis,⁴ quae habetis ad salutem, mittimus fratrem nostrum venerabilem Methodium, consecratum in archiepiscopatum, in partes vestras, sicut rogastis nos, ut vos doceat in vestram linguam vertens libros, ut impleatur propheticum verbum, quod dixit: *Laudate Dominum omnes gentes et collaudate eum omnes populi,*⁵ et: *Omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria Dei Patris.* (Philip 2, 11).⁶ Amen. Et in evangelio dixit Dominus mittens suos discipulos: *Euntes docentes omnes gentes, baptizantes eos in nomen Patris et Filii et Spiritus sancti. docentes eos servare omnia, quaecumque mandavi vobis; et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi* (Mt 28, 19. 20).⁷ Amen.

Vos autem, filii dilectissimi, audite doctrinam Dei, quae novissimis temporibus tradita erat propter vestram salutem; ut, prudenter se erudiantes, fructum dignum faciatis et accipiatis

⁶ VC 18; miracula magis rhetorice enarrantur quam in VC 18.

⁷ VC 18.

12. ¹ bogoč̄stvago.

² VM 8 (Notae 27 et 28 supra ad VM 8).

³ Titulus Romani pontificis hic accuratius quam in VM 8.

⁴ VM 8 spiritualia (omisso nomine *gaudia*).

⁵ Ps 116 hic uberius quam in VM 8.

Hic textus in VM 8 non citatur, sed in VC 16; probabiliter etiam in epistola Hadriani II. citatus est.

⁷ VC 16; in VM 8 haec citatio omissa est.

coronam incorruptibilem (1 Cor 9, 25) et in hoc saeculo et in futuro cum omnibus sanctis in saecula.⁸ Amen.

13. Cum in partes Moraviae pervenit, universus populus cum gaudio ei obviam exiit.¹ Et ita suscepérunt eum „sicut angelum Dei“,² Et aperti sunt oculi coecorum et aures surdorum et linguae balbutientium locutae sunt pacem.³ Et oribus, quibus sacrificia diabolica offerebant super fontes (puteos)⁴ et in omnibus locis blasphemabant Deum, iisdem filii eorum rationalia et incruenta officia (sacrificia) Deo offerunt pro universo mundo. Et in omni loco nomen Dei celebratur „lingua nova“,⁵ cui apparuit praedicator et „apostolus novus“,⁶ nebulam ignorantiae repellens et luce cognitionis Dei⁷ omnibus corda illustravit. Mansuetudine autem et suavitate omnes ad se trahebat amore; *cursum* suum *consummavit, fidem servavit* (2 Tim 4, 7). Ecclesias „hymnis et cantibus spiritualibus“ (Col 3, 16) ornavit.⁸ Et ita „obiit in Domino“ anno a creatione mundi 6394.⁹ Et appositus est ad patres suos¹⁰ patriarchas Abraham, Isac, Iacob, omnes imitatus, omnium imaginem in se ferens, his par erat, his minor¹¹ alios vero superavit robore et virtute et certamine; effulgens sicut sol radiis, parabolis et institutione. Cuius melliflua verba meditantibus non est quod addi posset eius dulcedini spirituali.

14. Quas ergo laudes reddam vobis, tantum laborantibus propter Cristum in orientalibus et occidentalibus et septentrionalibus

⁸ Haec propositio in hoc Sermone panegyrico accuratius servata est quam in VM 8.

^{13.} 1 Similiter narrat Legenda Italica (Vita cum translatione s. Clementis).

² Supra c. 10.

³ VC 15 (allusio ad Is 32, 4); *mira* genitivus loco accusativi.

⁴ Sacrificia supra fontes in VC 15 non memorantur.

⁵ Supra c. 7 (nota 5) tempore; quo hic sermo scriptus est, liturgia slav. in Moravia nondum oppressa est.

⁶ Supra c. 7 (nota 5).

⁷ bogorazumnyj (supra c. 7 nota 4).

⁸ Supra c. 4 (nota 10) consulto narratur, Methodium in monte Olympo adidicisse cantum ecclesiasticum.

⁹ VM 17 anno 6393 addita inductione accurata; ergo numerus in Sermone hoc erroneus est.

¹⁰ VM 17.

¹¹ VM 2.

regionibus, non quaerentes temporalia et corruptibilia, sed aeterna et infinita, „crucem Domini fortiter in humeros suscipientes?”¹ Et ita peccato devastatam terram purgantes aravistis² et semen spirituale seminastis et purum frumentum ecclesiae attulisti doctrinam diei,³ qua splendetis sancti tamquam lampades in universo mundo, daemoniaca blasphemia et omni haeresi pulsa. Magnae enim columnae ecclesiae Christi fuistis, coelestes homines et terrestres angeli, in carne vitam incorpoream acquisivisti. Beatus re vera venter, qui vos portavit et enutritivit,⁴ spiritum fecundam,⁵ qua satiavistis gentes esurientes; et sitientes potasti potu vitae, perennem escam effundentes omnibus abunde. Quis enim potest dignam vobis laudem profiteri? Terram universam pertransientes, vestigiis vestris universum mundum illustravistis. Benedicta lingua vestra, qua seminastis verba spiritualia in salutem innumerae genti.⁶

Divinitus inspirato dono a Deo accepto, caliginem ignorantiae ubique pepulistis in se imaginem (exemplar) omnibus propONENTES, labiis delicias spirituales effundentes. Paganismi vero cuiuscumque destructores apparuistis, haereticis adversarii, demonibus expulsores; lumen obscuratis, doctores parvulis, effundentes delicias spirituales, esurientibus esca abundans, sitientibus fons perennis, nudis abundans vestimentum praebentes; orphanis adiutores, alienis acceptores, aegrotis visitatores, tristibus solatium, afflictis defensores; viduis et orphanis adiutores, coecis lucem dantes; in fluctibus maris huius mundi agitatis magnae ancorae, murus et praesidium configentibus ad vos; Iudeis adversarii; confessores sanctae Trinitatis; consummatores (factores) divinae providentiae; maiestatis Dei ministri, fontes verbi Dei; immobiles columnae ecclesiae Christi; sigillum veritatis, scutum fidei, galea satutis (Eph 6, 16, 17); spica fecunda, vitis

14. 1 Supra c. 7 (nota 3); adiecto attributo *fortiter*.

2 Omnes codices habent lectionem certe falsam *razorista* (destruxistis); sed legendum est *razorasta* (aravistis).

3 Ita omnes codices; sed probabilius est lectio *duhovnoje*, spiritualem.

4 textus corruptus (*vъzdoivъ*), constructio dura.

5 *klasa mnogoplodna* — genetivus loco accusativi; forma potest esse etiam dualis, sed contextus numerum singularem postulat.

6 Annalistae Byzantini Slavos appellant gentem innumeram.

melliflua; favi mellis verba vestra, quorum dulcedine satiastis universum orbem, sicut margaritam pretiosam effundentes. Thesauri Domini, receptacula divinae providentiae, vasa Spiritus sancti electa, qui portavistis nomen Christi in universa terra ac cruci laudem attulisti; temporalibus contemptis, aeternorum delicias accepitis.

Sancti et veri pastores, perpetuo pro electo vestro grege studiose intercedite! Dolores repellentes, e miseriis et temptationibus liberantes, illustrate cordium eorum oculos et mentem confirmate, ut digne sequantur vestigia vestra! Infirmitates in se suscipite, desuper vim praebete, ut digne viventes in Christo, haeredes laboris vestri invenintur et praedicatores verae fidei, ut omnes consone collaudent tersanctam Deitatem, Patrem et Filium et Spiritum sanctum, nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

CITATIONES E LITURGIA ET S. SCRIPTURA

In primo capite sermonis panegyrici multae sententiae ex anaphora (praefatione) liturgiae, quae hodie s. Basilii appellatur, mutuatae sunt, prout in annotationibus supra ad versionem Latinam notavi. Duae ex his, supra in versione 1. cipitis notis 7. et 12 signatae, certis argumentis demontrari possunt.

Sententia „Ascendens in coelum consedit a dextris throni maiestatis in altis“ (Hebr 1, 3) in textu Slavico sermonis et liturgiae pro Latino *in altis* habet *na vysokyh*, quod serviliter versum est e Graeco ἐν ὑψηλοῖς; ita in Slavica versione psalmorum (112, 5 e. a.) et epistolae ad Habraeos (1, 3). Aliis locis frequenter est forma *na vyšniih* (ita in hoc sermone infra c. 12). *Na vysokyh* in sermone panegyrico solum ut citatio e liturgia explicari potest. Pars huius sententiae in epistola ad Hebraeos occurrit; in codicibus Slavicis saeculo XII vocabulum *thronus* extinctum est, quia in textu Graeco non invenitur. Ideo in hodierno textu biblico et liturgico Slavico nomen *thronus* omissum est. Solum in codice Apostoli Christinopolitani a saeculo XII¹ vocabulum

¹ Edidit E. Kalužniacki, Actus epistolaeque apostolorum palaeoslav. (Vindobonae 1896) 220.

thronus servatum est; in Apostolo Achridensi² autem ex eodem saeculo iam omissum est. Itaque sermo panegyricus hoc loco testis est antiquioris versionis Slavicae.

Item verba „Neque oblitus est operis manuum suarum“ ex eadem liturgia deprompta sunt. In liturgia enim contextui rhythmice adaptata sunt, dum in textu sermonis panegyrici minus cohaerere ac fere supervacanea videntur.

Quae duae indubiae citationes ostendunt, auctorem re vera textu liturgico usum esse; inde concludere licet, non solum auctorem sermonis panegyrici, sed etiam auctorem VM in 1. capite textus liturgicos ex eadem anaphora s. Basili allegavisse, quamvis singulae citationes per se non tanta certitudine probari possint.

Textus biblici in sermone panegyrico plerumque cum versione biblica palaeoslavica tam accurate concordant, ut utiles sint ad textum primigenium Slavicum statuendum. Solum fusior textus in c. 5 e libro Ecclesiastici valde imperfectus et dubius est. De verbis e Psalmo 131, 4 vide supra notam 9. ad c. 4.

RELATIO AD ALIA SCRIPTA PALAEOSLAVICA

In hoc capite agam de sermonis panegyrici relationibus: 1. ad Vitas Constantini et Methodii, 2. ad Sermonem panegyricum in memoriam s. Cyrilli, 3. ad Napisanije o pravej vere, 4, ad Proglas sv. evangeliju. De relatione ad opera Constantini presbyteri (Azbučnaja molitva e. a.) agam in capite sequente (Comparatio cum scriptis Constantini presbyteri).

1. Relatio ad Vitas Constantini et Methodii.

Facile patet, sermonem panegyricum in memoriam ss. fratrum a VC et VM dependere, sed praeter opinionem hic sermo, non obstante brevitate ac forma poëtica et thetorica, consulto quae-dam gravia supplet, quae in VC et VM omissa sunt, prout in AAV 1941 (pg 24 s et 268—270) atque supra in annotationibus ad versionem Latinam notavi.

Citationes e VM depromptae, contextui sermonis panegyrici

² Edidit S. M. Kuljbakin (Sofija 1907) 71.

non satis adaptatae (supra notae 8. et 13. et 14. ad 1. caput; n. 10 ad 4. caput e. a.) ostendunt, hunc sermonem post VM scriptum esse; idem etiam consultis supplementis ad VM confirmatur. Ex altera autem parte constat, sermonem panegyricum mox post VM exaratum esse ante expulsionem discipulorum s. Methodii e Moravia. Nam sicut in VM ita neque in hoc sermone quid dicitur de persecutione vel expulsione discipulorum s. Methodii; c. 13 diserte narratur vel saltem supponitur liturgiam Slavicam in Moravia adhuc vigere. Expulsione discipulorum s. Methodii autem liturgia Slavica in Moravia suppressa est.

De supplementis gravibus 12. capitulis sermonis ad 8. caput VM vide dissertationem *De authentia epistolae Hadriani II* (AAV 1941, 268—270).

In capite 13. sermonis panegyrici notatu digna est sententia, Methodium ecclesias (Moraviae) hymnis et cantibus spiritualibus ornavisse. Huic sententiae congruenter respondet narratio 4. capituli, Methodium in monasterio Olympi cantum ecclesiasticum edidicisse. Hoc grave supplementum ad VC et VM scriptorem sermonis panegyrici poëtam et cantorem prodit.

2. *Relatio ad Sermonem panegyricum in memoriam s. Cyrilli.*

Scriptor Sermonis panegyrici in memoriam ss. C. et M. certe Sermone in memoriam s. Cyrilli usus eumque imitatus est. Inde multae similitudines, quas partim in annotationibus ad versionem notavi, explicari possunt.

Peculiares et propriae sunt duae similitudines, nempe appellatio „novus apostolus“ et comparatio cum stella matutina (c. 7). „Novus apostolus“ s. Cyrillus dicitur initio sermonis in eius memoriam. Sermo in memoriam utriusque apostoli hanc appellacionem ulterius-explicat (c. 7. et 13) eamque elocutione „lingua nova“ (c. 9 et 13 atque bis in c. 7) illustrat.

Tales congruentiae nequaquam eundem auctorem, sed potius eandem scholam litterariam, aequalem materiam idemque consilium significant. Discrepantia vocabula pro eadem re autem diversum auctorem ostendunt. Sermo in memoriam s. Cyrilli notionem *destruere verbo razoriti* et semel verbo *iskoreniti*; sermo in memoriam utriusque apostoli autem quater verbo potre-

biti (bis in c. 8, semel in c. 6 et 9) et bis verbo *nizložiti* cum verbo *potrebiti* coniuncto (c. 8. et 9). In primo sermone notio *ducere* (*dirigere*) iterato exprimitur verbo *napraviti*, in altero autem verbo *nastaviti*. Lingua balba in primo sermone dicitur *gugnivyj*, in altero autem *vъnujuščij*; in primo lingua balba fit *clara* (*jasъn* sicut VC 15), in altero autem quieta (loquitur *pacem*).

3. Relatio ad Napisanije o pravěj věře.

Sermo panegyricus in memoriam ss. C. et M. abundat citatis contextui minus adaptatis. Qui defectus iuvat in difficulti quaestione de origine scripti *Napisanije o pravěj věře* solvenda. Duae sententiae primi capitinis enim ad verbum communes sunt cum *Napisanije* prout supra in versione Latina notis 3. et 6. animadvertis.

Initio primi capitinis insignis apparet sententia : „(Christus) demisit semetipsum in humiliationem voluntariam et incarnatus de Spiritu Sancto ac de purissima et de gloriosa Dei genitrice et semper virgine Maria“. In *Napisanije* v. 128—31 eadem sententia recurrat, paucis accidentalibus mutatis. Loco sebe stat se, loco *purissima* est *sanctissima*. Ante verba *Dei genitrice* insertum est *v istino*. Id additamentum inde explicatur, quod *Napisanije* consulto divinam maternitatem contra Nestorium defendit ac v. 195—196 fortiter inculcat. Mariam *vere et veraciter* (*v istino* i resnoto) *Dei genitricem appellandam esse*. Attributum *sanctissima* pro *purissima* ideo positum est, quia in liturgia byzantina utrumque in eadem saepe repetita invocatione occurrit. In fragmendo liturgiae in palaeoslavico Euchologio Sinaitico loco *prečista* stat *čista* (pura), utpote versio Graeci ἀχραντος, quod vocabulo *čista* exprimi potest.

Demisit semetipsum Slavice exprimitur plane singulari ac rarissima forma *nizloži sebe* (*Napisanije* se). Verbum *nizložiti* in palaeoslavico Psalterio Sinaitico adhibetur pro Graeco *kataballein* (deicere, prosternere; Ps 72, 18; 105, 26. 27). In codice Supraslensi atque in Euchologio Sinaitico hoc verbum numquam occurrit. In paleoslavica versione evangeliorum id verbum semel tantum occurrit apud Lc 1,52 (Deposuit — *nizloži* — potentes de sede, et exaltavit humiles); hic pro Graeco *καθαιρεῖν*. Istud

verbum Graecum varia significat: *deponere, demittere, destruere*. Notio *destruere* in evangeliis et psalmis vertitur verbit *razdrušiti, razoriti*. In codicibus iunioribus Psalmorum (9, 7; 10, 3; 51, 7; 59, 3 e. a.) autem hic ponitur *nizložiti*, prout iam V. Jagić animadvertisit.³ Igitur verbum *nizložiti* per se non est rarum. Ast forma *nizložiti* *sę* (cum pronomine reflexivo) rarissima est, neque in Lexico Miklošičii neque apud I. Sreznevskij (Materialia lexici palaeorussici) notata.

Elocutio sermonis panegyrici et documenti Napisanije o pravěj věře de voluntaria demissione et incarnatione Iesu Christi in nullo alio documento palaeoslavico repetitur. Ipsa sententia et forma palaeoslavica textui evangelico Lc 1,52 innititur. In illo loco palaeoslavico omnia elementa verborum inveniuntur, quibus haec sententia composita est. Deus depositus potentes de sede (throno), et exaltavit humiles - *nizloži silnyje s prestol* (gen. plur.) i věznese sъměrenye. Christus demisit se (*nizloži się*) in voluntariam humiliationem (sъmerenje). Forma Slavica indubie e textu Slavico Lc. 1,52 deprompta est, addito pronomine reflexivo *sę* ad verbum *nizložiti*. Auctor sermonis idem verbum (sine pronomine *sę*) sensu cum verbo *potrebiti* propinquo ac cum hoc verbo coniunctum bis repetit (c. 8. et 9).

Concinna elocutio sermonis panegyrici de voluntaria humiliatione Iesu Christi iam perito Vladislavo Grammatico ita insolita videbatur, ut loco eius simpliciorem phrasim *směri sebe voljeju* (humiliavit se voluntarie) posuerit. Ista rara elocutio probabiliter ab ipsis ss. Cyrillo et Methodio formata est atque ex eorum hereditate in Napisanije o pravěj věře transiit, ex quo documento eam scriptor sermonis panegyrici mutuavit atque capite primo in societate multarum aliarum citationum inseruit.

Talem nexus sermonis panegyrici cum Napisanije altera communis sententia exacte probat: „*Primogenitus e mortuis (Col 1, 18) semetipso genus humanum duxit in viam incorruptam.*“ Haec sententia ad verbum mutuata est e Napisanije v. 148—150. In sermone panegyrico nexus durus est. In Napisanije autem apte praeparatur et illustratur antecedente sententia: (Christus) Adami inobedientiam sua impecabilitate sanavit, corruptionem,

³ V. Jagić, Entstehungsgeschichte der kirchenlav. Sprache (1913) 390.

quae a peccato est, voluntaria passione et morte ac gloriosa resurrectione destruxit atque incorruptibilitatem nobis donavit (v. 141—147). Ex quo manifeste patet, supra allegatam sententiam e Napisanije desumptam ac contextui sermonis panegyrici minus polite insertam esse, utpote e contextu, eam illustrante, evulsa. Inde cum certitudine colligitur, etiam sententiam de Christi humiliatione e scripto Napisanije mutuatam esse.

Hoc stupendo ac manifesto nexu perdifficilis quaestio de origine scripti Napisanije nova luce perfunditur et definitive solvitur. Napisanije saltem quoad substantiam iam in Moravia conscriptum est, vivente adhuc Methodio vel statim post eius obitum. Tam antiquam originem etiam formae et vocabula linguae palaeoslavicae suadent. Difficultatem e doctrina de processione Spiritus sancti in dissertatione de „Napisanije o pravěj věrě“ solvam.

4. *Relatio ad Proglas sv. evangeliju.*

Ex hoc poëmate palaeoslavico desumpta est paenultima sententia primi capituli sermonis panegyrici: „Quod factum est etiam nostro saeculo septimo. Dixerunt enim illi: caeci videbunt, surdi audient verbum scripturae“ (supra nota 15. ad versionem Latinam 1. capituli). Hunc nexus iam slavistae perspexerunt. R. Nahtigal animadvertisit hanc sententiam primitus in carmine Proglas scriptam esse atque inde in sermonem panegyricum translatam esse.⁴ Refertur enim ad versionem Slavicam evangeliorum, quae in illo carmine celebratur. Ad hoc addo, eandem dependentiam manifestius elucere e contextu sermonis panegyrici. Antecedens sententia sermonis narrat, Deum generi humano misisse prophetas, apostolos, martyres et viros iustos et doctores. Verba communis sententiae: „quod factum etiam nostro saeculo“ autem solum ad viros iustos et doctores referuntur, nequaquam vero ad prophetas, apostolos, martyres. Verba „dixerunt enim illi“ in carmine Proglas logice ad prophetas referuntur antehac nominatos; contextui sermonis autem haec elocutio minime adaptata est. Inde manifeste sequitur illam sententiam e carmine Proglas

⁴ R. Nahtigal, Rekonstrukcija treh starocerkvenoslovanskih pesnitev. RA 1943, 98.

in sermonem panegyricum translatam esse. Carmen hoc igitur iam ante sermonem panegyricum, ergo iam in Moravia concinatum est.

COMPARATIO CUM SCRIPTIS CONSTANTINI PRESBYTERI

Constantinus, discipulus s. Methodii, post expulsionem e Moravia in Bulgaria curae animarum operam dabat, initio ut presbyter, postea episcopus. Fragmenta nonnulorum eius operum ediderunt et recensuerunt A. Gorskij et K. Nevostroev: 1. Versio sermonum s. Athanasii contra Arianos; 2. Explanatio evangeliorum dierum dominicarum; 3. Preces alphabeticae; 4. Explicatio liturgiae (versio e lingua Graeca); 5. Brevis conspectus historiae (Annales) ab Adamo usque ad finem saeculi IX.⁵ Materiam comparadam praebent solum duo ex his: Explanatio evangeliorum ac Preces alphabeticae.

Tempore recentiore demum demonstratum est, eundem Constantimum composuisse liturgicum Officium in honorem s. Methodii, opus pretii non spernendi.

1. *Explanatio evangeliorum.*

Hic liber Constantini continet homiliae in pericopas evangelicas, versas ex operibus Patrum Graecorum (maior pars s. Ioannis Chrysostomi); solum unam Constantinus composuit. Homiliae adiecta sunt brevia monita ipsius auctoris.

Gorskij ac Nevostroev et partes originales et versionem laudant; versionem pulchram, dilucidam ac fidelem esse dicunt, eamque „prope ad textum Graecum accedere“ (pg. 428). E verbis Graecis non translati notatu digna est *katolikija* (*věra*; pg. 429). In syntaxi auctori proprius est frequens usus genitivi loco accusativi. Talis peculiaris usus genitivi pro accusativo etiam in sermone panegyrico quater occurrit, prout supra in annotationibus ad capita 3, 6, 8, 14. versionis Latinae notavi.⁶

⁵ A. Gorskij-K. Nevostroev, Opisanie slavjanskih rukopisej Moskovskoj sinod. biblioteki. II, 2. Moskva 1859 (pg. 32—41; 409—433).

⁶ Usus genitivi pro accusativo in litteris palaeoslavicis rarus est. In sermone panegyrico in memoriam s. Cyrilli talis usus ter repetitur (naroda, mjenzyka, slovenska).

Quaedam fragmentia originalium partium ex hoc libro Constantini edidit et recensuit V. Jagić.⁷ Vocabularium Constantini quidem multa verba propria (individualia) habet, attamen maior pars illorum e dialecto macedonica (et bulgarica) deprompta est. Vocabularium sermonis panegyrici autem proprius ad dialectum Moravicam atque ad scholam litterariam s. Cyrilli accedit. Nonnulla singularia vocabula supra in capite de relatione ad Sermone panegyricum in memoriam s. Cyrilli notavi.

Aptiorem materiam comparandam praebent propriae elocutiones et peculiares nexus vocabulorum. In 2. capite sermonis panegyrici occurrit dictio „ex hac radice (Leonis) eluxerunt eximiae duae palmites“; eadem poëtica dictio recurrit in 39. homilia de evangelio: E tribu David eluxit Jesus Christus (Jagić 33). Sermo panegyricus in c. 6. et 7. ss. Cyrillum et Methodium comparat cum Moysi, qui legem accepit „digito Dei scriptam“ in duabus tabulis lapideis. SS. fratres autem dederunt Slovenis legem scriptam non in tabula lapidea, sed in *tabula cordium carnalium* (2 Cor 3, 3). Similiter Constantinus in prooemio 21. homiliae scribit :Date mihi tabulas cordium vestrorum, ut scribam tabulas digito Dei institutionis s. I. Chrisostomi.

Sermoni panegyrico proprius est usus verbi *potrebiti* plerumque notionē *delere*, in c. 8 (de zizaniis) et c. 14 (terra peccato devastata) autem sensu *purgare*. Sensu *purgare* hoc verbum bis repetitur in versione evangeliorum (Mt 3, 12 et Lc 3, 17), conneXum cum combussione palaearum. Eodem sensu in 42. homilia Constantini presbyteri bis repetitur verbum *trebiti*.

Alias quasdam similitudines sermonis panegyrici cum Constantini explanatione evangeliorum notavi in Slovenica dissertatione de Sermone panegyrico in memoriam ss. Cyrilli et Methodii.

2. *Officium in honorem s. Methodii.*

Hoc officium breviter memoravi in recensione fontium de ss. Cyrillo et Methodio (AAV 1941, 27 s). In akrosticho inscriptum est nomen auctoris - Constantini (Dobro, Metodi, te pojo, Kon-

⁷ V. Jagić, Propoviedi Konstantina prezvitera bugarskog po starosrpskom rukopisu 13. vieka. Starine Jugoslav. Akad. 5 (1873) 28—42.

stantin). Tempus conscriptionis indicatum est precibus ad s. Methodium, ut portegat gregem suum, *dispersum a haereticis*, ambulantem in terra aliena. A. 893 Clemens constitutus est episcopus in Bulgaria. Post hunc annum dicipuli in dioecesi Clementis et in aliis regionibus Bulgariae iam congregati sunt. Ex quo colligimus, officium circa a. 893 scriptum esse.

J. Pavič⁸ et D. Kostić⁹ moverunt opinionem, eundem Constantinum conscripsisse etiam Sermonem panegyricum in honorem ss. Cyrilli et Methodii ac Vitam Methodii; eadem opinio professori R. Nahtigal¹⁰ probabilis videtur. Ex illis, quae supra de relatione sermonis panegyrici ad Vitam Methodii dixi, opinio de Constantino scriptore VM mihi non videtur probabilis. Ex alia parte autem Officio in honorem s. Methodii confirmatur iam supra probata hypothesis, Constantinum presbyterum esse auctorem Sermonis panegyrici in memoriam ss. fratrum.

Officium in honorem s. Methodii et akrosticho et dictione scriptorem poëtam produnt; similiter etiam sermo panegyricus. Praeterea tres elocutiones peculiares utrique documento communes sunt.

Sermo panegyricus capite 11. narrat: (ad sepulcrum s. Cyrilli) „coeci illuminari coeperunt... daemonia exire“. In capite 14. ss. fratres celebrantur: „daemonum expulsores... coecis lucem dantes“. Officium in honorem s. Methodii dicit ss. fratres „coecorum visus et daemonum expulsores“. VC et VM de his nihil dicunt.

Sermonis caput 5. laudat ss. fratres „fundatos supra firmam petram fidei“. Officium canit de Methodio: „In petra fidei firmasti pedes tuos.“

In capite 6. sermonis panegyrici legimus: (Ss. fratres) populum „in lucem cognitionis Dei deduxerunt (nastavista)“. In Officio s. Methodii auctor rogit: „Christe, Deus, ad poenitentiam deducas (nastavi) canentem te.“ Verbum „nastaviti“ auctori sermonis panegyrici proprium est, prout supra dixi in capite de relatione ad Sermonem in memoriam s. Cyrilli.

⁸ Bog. Smotra (Zagreb 1936) 59—86.

⁹ Byzantinoslavica 7, 1937/38, 189—211.

¹⁰ RA 1943, 148 s.

Sermo in memoriam ss. Cyrilli et Methodii concluditur oratione ad ss. fratres, ut *perpetuo* intercedant pro grege suo. Attributum *perpetuo* - *neprestanъno* in monumentis palaeoslavicis antiquissimis (Euch. Sin. e. a.) frequenter quidem repetitur Attamen nexus huius attributi cum intercessione (oratione) sanctorum rarus est. Relate ad s. Mariam hoc attributum quidem non est rarum (e gr. Maria de *perpetuo succursu*), in orationibus ad alios sanctos autem rarissimum.

3. Preces alphabeticae - Azbučnaja molitva.

Profesor R. Nahtigal exacte probavit, Preces alphabeticas, carmen palaeoslavicum akrosticho litterarum glagoliticarum ordine alphabeticō ornatum, esse opus Constantini presbyteri. In argumentis pro hac thesi etiam nexum cum sermone panegyrico profert,¹¹ nempe phrases *dostojno poslědovati stopam vaju* - ut digne sequantur vestigia vestra (sub finem sermonis), *posledu učitelju* (gen. dualis) *dělu poslěduje* - vestigio doctorum .. opus sequentes (Preces alph. v. 30—31) atque *lingua nova* in Precibus v. 36 ac in sermone panegyrico c. 7 (bis), 9. et 13.

Ad nexum his duabus phrasibus addo similitudinem precum, ut Deus auctorem carminis *servet a malitia Pharaonis*, cum elocutione sermonis panegyrici (c. 6, nota 9): Populum eduxerunt e mari *diaboli*, *Pharaonem* spiritualem suberserunt. Hac sententia illustantur illa verba carminis explicatione, cur diabolo nomen Pharaonis tribuatur.

Ulteriora de hoc carmine vide in capite: Duo carmina Constantini.

CONCLUSIO

Preces alphabeticae et Officium in honorem s. Methodii testantur, Constantinum presbyterum ingenio poëtico praeditum fuisse; idem confirmat Proglas sv. evangeliju. Item in Sermone panegyrico ss. C. et M. multi loci poëtici occurunt, qui poëtam produnt. Solum in hoc sermone memoratur cantus ecclesiasticus palaeoslavicus, a ss. Cyrillo et Methodio in Moravia exultus. Haec

¹¹ RA 1943, 45—75 et 136—140; de nexu cum sermone panegyrico pg. 138.

nota poëtica, iuncta multis similitudinibus cum scriptis Constantini presbyteri, ostendit, Constantimum presbyterum esse autorem Sermonis panegyrici in memoriam ss. fratrum. Sermo adhuc in Moravia conscriptus est in societate aliorum discipulorum scholae litterariae ss. Cyrilli et Methodii. Inde ex una parte nexus et similitudines cum aliis scriptis illius aetatis, ex alia autem parte etiam quaedam discrepantiae a posterioribus operibus eiusdem Constantini presbyteri explicari possunt. Omnibus supra dictis perpensis, Sermo panegyricus in memoriam ss. Cyrilli et Methodii tam rebus in illo contentis quam forma litteraria opus magni ponderis est, alios fontes palaeoslavicos de ss. fratribus Thessalonicensibus graviter supplens atque illustrans.

Dr JOANNES MASTYL' AK CSsR

DE MOTU IDEARUM IN RUSSIA SAECULO XIX.

Determinatus status alicuius periodi vel aliquis motus determinatae periodi comprehendendi non possunt nisi connexi processus antecedentes intelligantur. Moderni motus idearum tum religiosarum tum non religiosarum inter Russos iam saeculis praeteritis, praesertim vero saeculo XIX. praeparabantur. Paginis, quae sequuntur, processus idearum in Russia usque ad octavum decennium saeculi elapsi breviter delineantur, ita ut exordium remotum hodiernae evolutionis explicetur.

I.

Tres epochae extraordinarii momenti in historia Russiae animadverti possunt: conversio ad christianismum, reversio ad Europam Occidentalem, inversio ad propriam indolem. Itaque: *christianizatio, europaeizatio, nationalizatio*.

Tria nomina cum hisce tribus epochis Russiae connectuntur: *Sanctus Vladimirus* (mortuus anno 1015), *Petrus Magnus* (m. 1725), *Alexander Puškin* (m. 1837).¹

Cum conversio ad christianismum in sphaera influxus Novae,² non autem Veteris Romae facta esset, Russiam sensim sine sensu a communione vitae distraxit populorum, qui a Vetere Roma uniti tenebantur. Quae vero distractio pro Russia retro manenti exi-

¹ Cfr. Eugenio Šmurlo, *Storia della Russia*, vol. III, Roma 1930, pag. 168—169.

² Christianismus penetrabat in Russiam etiam ex Occidente et Septentrione. Anno 944 Kioviae ecclesia (Latina) sancti Eliae commemoratur. - Prof. M. A. Taube, *Rim i Rus' v do-mongol'skij period* (X-XIII vv.), in opere collectivo *Ex Oriente*, edito a Dr L. Berg, Mainz 1927, pag. 163—195 (Russice), 196—223 (Germanice). N. de Baumgarten, *Saint Vladimir et la conversion de la Russie*, in serie *Orientalia Christiana* (OC), n. 79, 1932, 57—67: *Aux origines de la Russie, Orientalia Christiana Analecta* (OCA), num. 119, 1939, pag. 59s.

A. M. Ammann S. I., *Kirchenpolitische Wandlungen im Ostbaltikum bis zum Tode Alexander Newski's*, OCA 105, 1936, praesertim pag. 35—43. E. Golubinskij, *Istorija russkoj Cerkvi*, vol. I, pars I, editio 2, Moskva 1901, pag. 1—104.

tialis evadere potuit, cum populi Europae Occidentalis magna ex parte focos patrios Romae reliquissent suamque propriam actionem politicam, nonnunquam violentam, moliri coepissent. Russiae impendebat periculum ne colonia progredientium populorum Europae Occidentalis fieret.

Quod periculum a Russia avertit Petrus Magnus eam reformato atque communi Europae consortio inserendo. In quo stat praecipuum momentum huius alterius epochae in historia Russiae.

Studia Petri Magni continuabantur regnibus *Catharina II.* (1762—1796) et *Alexandro I.* (1801—1825), qui victoram de Napoleone I. deportavit.³

Cum vero europaeizatio Russiae nimis vehemente (a Petro Magno!) fieret, periculum erat ne Russia alienam accipiendo suam propriam amitteret indolem.

Sic ventum est ad tertiam evolutionis stationem: ad reflexionem in propriam indolem et proprium „ego“ nationis, quae reflexio sane ab Occidentali motu romantico et idealistico adiuta est. Hanc inversionem ad propriam indolem in campo artium et litterarum poeta Puškin initiavit.⁴ Primi *Slavophili Ivan Kireevskij*, m. 1856, *Alexius Chomjakov*, m. 1860, confirmabant eam argumentis philosophicis et theologicis,⁵ posteriores vero (*N. J. Danilevskij*, m. 1885) etiam nationalibus-typologicis.⁶

³ G. Sacke, *W. S. Solowjews Geschichtsphilosophie*, Berlin 1929, pag. 1, audet affirmare bella Napoleonica pro Russia maiorem „fenestram“ versus Occidentem perfregisse quam omnes innovationes Petri Magni perfregerint.

⁴ E. Šmurlo, o. c., 167—168 momentum poetae Puškin magnopere extollit.

Adnotare interest *Ioannem Kireevskij* iam anno 1828 conversionem Puškini ad indolem nationalem laudibus extulisse in articulo *Nečto o charaktere poezii Puškina*, in *Polnoe sobranie sočinenij*, Moskva 1911, vol. II, pag. 1—13.

⁵ N. A. Danilevskij, *Rossija i Europa*, 2. ed. 1871, de qua agit *Vl. Soloviev*, *Sobranie sočinenij* (SS), ed. 2. Moskva 1911—1914, vol. V, pag. 82—147. Opus hocce etiam in linguam Germanicam translatum est a *K. NoetzeL*, *Russland und Europa*. Eine Untersuchung über die kulturellen und politischen Beziehungen der slawischen zur germanisch-romanischen Welt. Stuttgart und Berlin 1920. In opere isto exarando Danilevskij indubium subiit influxum historicorum Germanicorum *H. Rueckert*, *Lehrbuch der Weltgeschichte*, 2 vol., 1857. Cfr. SS V, 320—349.

Tertia epocha reditus quidam est ad aetatem Antepetrinam, ad traditiones patrias.

Quoquo modo se res habent, historia Russiae novissimis saeculis conserendo manus duorum mundorum efficitur, quorum uterque victoriam anhelat. In Russia et motus et ideae Occidentales recipiuntur et propria indoles personaque confirmatur et evolvitur. Quae luctatio est eo magis complexa, quo diversae ideae et motus ab Occidente in Russiam palantes invicem inimiciores erant.

In motibus spiritualibus Occidentis haud inepte cum Vladimiro Soloviev⁷ tres principales ramos possumus distinguere: *theocraticum, humanisticum, naturalisticum*.

Motus *theocraticus* tenebatur teneturque praesertim ab Ecclesia catholica. Motus *humanisticus* theoretice a Gallis „illumina-tis“ et Germanicis idealistis omni fere alio respectu seposito exultus est; practice vero ut liberalismus invaluit; praeter ramum rationalisticum aderat quoque sectio mystica (Saint-Simonistae). Motus *naturalisticus* denique praegnantem expressionem invenit cum in Gallo-Germanico materialismo, tum etiam Anglo-Gallico empirismo et positivismo, in quibus et socialismus et communismus fundantur.

Deus, homo (ratio humana), materia sunt respectiva centra triplicis motus idearum in Europa Occidentali.

Cum autem primus motus theocentricus habeatur pro christiana expressione conceptionis mundi, quae conceptio simul essentialiter per fidem formatur - dum ambo ceteri motus anthropocentricus et hylocentricus post eum et *adversus* eum in Occidente oriuntur: luctatio diversarum conceptionum mundi simul cum omnibus dispositionibus centrorum nonnisi pugna esse videtur pro fide, quam scientia rationalis et empirica disperdere nititur. Ergo pugna scientiae *adversus* fidem.

Haec pugna inter fidem et scientiam nondum est neque ante terminum historiae humanae erit finita. Nam ex una parte Ec-

⁷ In articulo *Zapadničestvo*, in *Enciklopedičeskij Slovar'*, Brockhaus-Efron, S, Peterburg, 1890—1904, vol. XII, 243—244. Articulus hicce non est assumptus in SS. In ordinando varias classes idearum Soloviev vix immemor fuit periodorum, in quas Augustus Comte evolutionem humanam distribuit.

clesia Christi, una sancta, catholica et apostolica, firmissimis positionibus suis non cedet. Ex altera vero parte Antichristus non nisi exeunte mundi historia a Christo pelletur et fugabitur.⁸

Sensus et finis positivus dimicationis christiana in pugna inter fidem et scientiam in eo est, ut semper novi maioresque aspectus et experientiae, quae totali realitate universi progrediente tempore a hominibus acquiruntur et augentur, conceptioni mundi theocraticae et christocentricae debito modo servatoque ordine hierarchico inserantur. Hic continuo magni labores exantlandi manent.

Occidentales motus spirituales in Russiam una cum problematibus fidei transplantati sunt. Hic vehementer et crescebant et miscebantur.

II.

1. Haud casu evenit, ut in Russia influxus specifice *catholicoco-theocraticus* inde ab initio reversionis ad Europam Occidentalem vitaretur. Petrus Magnus non catholicarum rerum publicarum adiit scholam, ut Russiam reformare disceret sed protestantium. Bataviam, Angliam, Germaniam.⁹ Quamvis hac in re procul dubio universalis tantum probetur experientia amorem „in distans“ faciliorem esse quam amorem „proximi“, nihilominus etiam alia altiore ratione factum istud explicandum est: autocracia imperatorum Russorum a theocratiâ Pontificum Romanorum non alliebatur, sed potius periclitari sibi persuadebat. Ne Iosephus quidem de Maistre,¹⁰ qui annis 1803—1817 munere legati regis

⁸ Apoc. 19—20.

⁹ Scotus catholicus, qui praefectus militum erat, generalis *Patrick Gordon*, vix conspicuam evolvit activitatem religiosam et socialem, quamvis religionem catholicam bene coluerit et in rebus militanibus maxima gavisus sit auctoritate.

¹⁰ Cfr. *M. Jugie A. A., Joseph de Maistre et l'Église Gréco-Russe*, Paris 1922, necnon *Georges Goyau, La pensée religieuse de Joseph de Maistre*, Paris 1921. Pernota sunt eius scripta *Soirées de Saint-Pétersbourg*, 2 vol., Paris 1821, *Du Pape*, 2 vol., Paris 1819. Epistula eius *A une dame Russe. Sur la nature et les effets du schisme et sur l'unité catholique*, scripta anno 1810, continetur in *Theologiae cursu completo*, edito a *J. P. Migne*, vol. 5, Paris 1841, col. 1193—1206. Nobilis domina *Svečin* eum „un grand semeur de catholicisme“ appellavit, apud *Jugie*, o. c. pag. XII.

Sardiniae Petropoli fungebatur, id obtinuit, ut hac in re modus se habendi Russiae duraturam mutationem subiret.¹¹ Cum anno 1836 Petrus J. Čaadajev (1793—1856) publice in „*Litteris philosophicis*“ pro domo Occidentis catholici et contra Russiam argumentaretur,¹² ab imperatore Nicolao I. fatuus declaratus atque publice pro tali habitus est.¹³

Hic officialis erga Ecclesiam catholicam se habendi modus toto saeculo XIX. in Russia essentialiter immutatus manebat. Cum quinquaginta annis post Vladimirus Soloviev magnificas proiceret constructiones theocraticas, in quibus imperatori Russorum adulatorias tribuebat partes regni messianici, similibus vexationibus atque olim Čaadajev subiectus est. Famosus ille Procurator supremus Sanctae Synodi Petropolitanae, *Constantinus P. Pobedonoscev*, in quadam epistola ad imperatorem Alexandrum III. scripta (1891) illum amentem appellavit.¹⁴

Itaque motus catholicus in Russia usque ad finem saeculi XIX.

¹¹ De bonis relationibus imperatoris *Alexandri I.* et ante eum *Pauli I.* cum Romanis Pontificibus bonas notitias dant *C. Gatti-C. Korolevskij, I Riti e le Chiese Orientali*, vol. I, Genova 1942, 815—823. Sed imperatores isti Rubiconem non transierunt.

¹² Primam epistulam, anno 1829 lingua Gallica compositam, anno 1836 lingua Russica in lucem edidit.

¹³ Čaadajev ad hoc respondit scripto „*Apologia insani*“, quod scriptum non nisi eo iam mortuo publici iuris factum est. *Apologie d'un fou*, in *Sočinenija i Pis'ma I*, Moskva 1913, 219—234. De Čaadajev nova studia instituit *Jos. Vašica* in *Vyšehrad* I, 1946, num. 25—27, pag. 28—31; II, 1947, num. 16—17, pag. 252—255.

Cum articulus iste iam sub prelo esset, exiit Pragae versio Bohemica omnium octo Litterarum philosophicarum una cum translatione *Apologiae insani*, procurante univ. prof. Dr. *Josephus Vašica*: *P. J. Čaadajev*, Filosofické listy, Praha, Universum 1947. Introductionem extensam comparavit *D. Číževskij*, pag. 11—57, qui etiam introductionem suam pretiosis annotationibus exornavit. Pagina 241 praincipia ex bibliographia Čaadajeviana indicantur, ex quibus efferimus: *Charles Quénet: Tchaadajef et les lettres philosophiques. Contributions à l'étude du mouvement des idées en Russie*, Paris 1932. - *D. Šachovskoj* octo Litteras philosophicas in linguam Russicam vertit et commentatus est in *Literaturnoe nasledstvo*. vol. 22—24, 1935, p. 1—78. Ex hac versione Russica versio Bohemica a J. Vašica procurata est.

¹⁴ Cfr. *Karl Staehlin, Geschichte Russlands*, vol. IV, pars I, Königsberg et Berlin 1939, 473—474.

potuit quidem praecipua nomina familiarum acquirere (*Golicyn, Svečin, Barjatinskaja, Pečerin, Gagarin, Martynov* etc.), minime vero ordinatam societatem conflare, praesertim cum Russos in Ecclesiam catholicam via ritus latini duceret. Cum tandem ultimo quadrante saeculi XIX. Vladimirus Soloviev et princeps femina *Elisabetha Volkonskaja* (1838—1897) fundamenta catholica proprii ritus Orientalis iecissent et Constantinus Pobedonoscev munere Procuratoris supremi Sanctae Synodi revolutione sociali mota anno 1905 renuntiasset, Petropoli annis 1906—1909 prima cellula catholicorum Russorum constitui potuit.¹⁵

2. Tempus revolutionis Gallicae signatur luctatione pro iuribus humanis. Ideae humanisticae ex Europa per ianuam bellis Napoleonicis apertam in Russiam penetrarunt.

Societas Russorum afficiebatur adhuc tunc temporis amore christianaे conceptionis mundi et vitae iuxta „Domostroj“ saeculi XVI. ordinatae. Alexandro I. qui victoram de Napoleone reportaverat, regnante fovebatur motus mystico-pietistico-theocraticus, at intinctus coloribus Occidentalis illuminationismi decrescentis et franco-massonismi in sensum humanisticum progressus, Haec erat „magis evigilatio cordis quam mentis“.¹⁶ Motus hic sane strata solius societatis superioris affecit. Pro representante illius epochae haberi potest princeps *A. N. Golicyn* (1773—1843), qui „Ministerio rerum spiritualium et illuminationis populi“ pridie Idus Octobres anno 1817 condito usque ad

¹⁵ Anno 1863 *P. Ioannes Gagarin S. I.* elenchem 29 nominum conspicuorum Russorum ad fidem catholicam reversorum texuit: *Conversion d'une dame russe à la foi catholique, racontée par elle-même*, Paris 1862, 183—190.

Locupletes notitias de historia catholicismi in Russia praebet *C. Gatti-C. Korolevskij*, vol. 771—953, cum elenco litteraturae p. 959—963. Addendum est: *P. Volkonskij. Um einen bodenständigen Katholizismus in Russland. Stimmen der Zeit* 120, 1930—1931, pag. 26—36; *Dr Diodor Kolpinskij, Les commencements du catholicisme du rite oriental en Russie. Matériaux concernants son histoire et organisation*, Warszawa-Poznań 1932, 35—42, in lingua Polonica ibidem, pag. 24—34. - Exhibendum est: *Andreas Szeptyckyj, Russkij katoličeskij ekzarchat v Rossii*, in opere collectivo *Ex Oriente*, edito a *Dr L. Berg*, Mainz 1927, pag. 66—77, in lingua Germanica pag. 78—89.

¹⁶ *Georgius Florovskij, Puti russkago bogoslovija*, Paris 1937, 128.

illius suppressionem (Idibus Maiis 1825) praefuit. Quaerebatur tunc „conformatio fidei, scientiae, regiminis“.¹⁷

Sed inter annos 1820—1830 in Russia „periodo poeticae“ evigilatio philosophica successit. Quae evigilatio mentis cum *intiore* necessitate de anima Russica, adiuvantibus exterioribus excitamentis ex Occidente venientibus, prorupisse videtur.¹⁸ In philosophia enim Occidentali sonuerunt voces quae in Russia aures invenerunt attentas. Quod factum est, cum philosophia Occidentalis realitatem universalem in tota extensione „horizontali“ (natura-mundus) et „verticali“ (anima-Deus) pro concreto suo obiecto cum vitali affectu statuerat.¹⁹

Magno emolumento philosophiae Occidentali in Russiam transferendae erant (non obstante earum christiana idealistica intentione) ecclesiasticae scholae Russicae. Specialem mentionem merentur quattuor Academiae ecclesiasticae denno ordinatae: anno 1809 Petropolitana, a. 1814 Moscoviensis, a. 1819 Kiovensis, a. 1842 Kazanensis. Maxime sane earum intererat, ut in philosophia tractanda perfecta concordia inter philosophiam revelationemque christianam teneretur et quidem ita, ut illa isti subordinaretur. In statutis academicis legebatur: „Quidquid cum vero sensu sacrae Scripturae discrepat, est ipsum mendacium et error itaque absque misericordia est reiciendum“. Magister philosophiae „in imo suo persuasus esse debet neque se neque suos discipulos veram lucem superioris solius verae philosophiae umquam esse visuros, nisi eam in doctrina christiana quaesierint.“²⁰

Praeter Sacram Scripturam in Statuto academico praesertim commendabatur Plato.

Praecipuum de conservanda christiana philosophia idealistica meritum attribuendum est Academiae ecclesiasticae Moscovien-

¹⁷ Ibidem, 132.

¹⁸ G. Florovskij, ibidem, p. 235, iure merito affirmat evigilationem philosophicam in Russia simpliciter ex turbine illius temporis explicari non posse neque vero ad morem Occidentalis „romantismi“ reduci.

¹⁹ E. Radlov—E. Lo Gatto, *Storia della filosofia russa*, Roma 1925, 99, hac in re bene notat criticum formalismum Kantii vel subiectivismum Fichte parum animos Russorum allexisse.

²⁰ G. Florovskij, *Puti...*, 237—238.

si, ubi per totum fere saeculum tres validi professores cathedram philosophiae tenuerunt: *Theodorus Golubinskij* (1819—1856), *V. D. Kudrjavcev-Platonov* (1854—1891), *A. I. Vvedenskij* (1888—1912). Hanc Academiam anno scholari 1873—1874 etiam iuvenis *Vladimirus Soloviev* frequentabat.

Scholae ecclesiasticae iam sua sponte suoque proposito adiebantur ut novam philosophiam cognoscerent, quo melius eius influxus christianismo adversus arceretur, secundus vero fovereatur. Sic Golubinskij noverat in sua conceptione mundi rationalismum et pietismum saeculi XVIII. componere: philosophos Wolff et Jacobi, ecclesiasticos Sailer et Baader. Diligebat libros *mysticorum*, studuit litteris *kabbalisticis* et *talmudicis*, sat magni aestimabat *Schelling*.

E scholis ecclesiasticis prodierunt primi propugnatores philosophici idealismi in Russia: *D. Vellanskij* (1774—1847) e vetere Academia Kioviensi, *A. I. Galič* (1783—1848) e seminario Sevenskensi, *M. G. Pavlov* (1793—1840) e seminario Voronežensi. Etiam postea professores philosophiae in universitatibus publicis conscribebantur inter illos, qui olim alumni Academiarum ecclesiasticarum exstiterant; sic Moscovienses professores *P. D. Jurkevič* (1827—1874), magister *Vladimir Soloviev*, et *M. M. Troickij* (1835—1899) exalumni Academiae Kioiensis; Petropolitani professores *Th. Sidonskij* (1805—1873) et *M. I. Vladislavlev* (1840—1890).²¹

Inter idealistas Germanos *Schelling* primus omnium animos iuvenum Russorum allexit. Maxime eos attrahebat Schellingi propensio ad concreta, ad irrationalia, quae propensio in audacissimis quibusque speculationibus eius prorumpit: in philosophia naturae, identitatis, libertatis, praesertim vero in eius positiva philosophia mythologiae et revelationis. Accedit adhuc clara tendentia religiosa quae in ultimam Schellingi vitae periodum dominata est. Haec quoque tendentia multorum animos in Russia christiana sibi comparavit. Eae ergo ipsae erant philosophiae Schellingianae proprietates, quae eius philosophiam a mentibus

²¹ Ibidem, 240.

Occidenstalium maxime abalienaverant.²² Sed in ipsa quoque Russia propterea Zapadniki-Occidentalistae quarto decennio saeculi XIX. a Schelling defecerunt ad Hegel, et quidem ad sinistrum, quam vocant, Hegelianam.

Schellingi influxus initio magis sentiebatur in philosophia naturali quam in philosophia religionis²³. Idcirco quoque Nicolao I. regnante A. I. Galic, professor universitatis Petropolitanae, instigante M. Magnickij (1778—1855) anno 1836 ob „impietatem“ de munere suo deiectus est.²⁴

Moscoviae anno 1823 „Kružok ljubomudrov-Circulus philosophorum“ conditus est. Conveniebant domum principis V. Th. Odoevskij (1803—1869). In eorum numero erant D. V. Venevitinnov (1805—1827), fratres Ivan et Petrus Kireevskij (1806—1856, 1808—1856), A. I. Košelěv (1806—1883) et alii. In sessionibus legebantur et discutiebantur Kant, Fichte, Schelling, Oken, Görres. „Doctrina christiana“, scripsit Košelev, „utilis nobis videbatur pro solis catervis plebeis non autem pro nobis amatoribus veritatis. Nos praesertim magni faciebamus Spinozam eiusque opera longe anteponebamus evangeliis aliisque libris sacris.“²⁵

Interea vero Schelling fortius suam philosophiam „positivam“ fingebat. A Russis in exteris itinera facientibus in persona cognoscebatur et magis eastimabatur. Influxus eius crescebat.²⁶

²² Wsewolod Setschkareff, *Schellings Einfluss in der russischen Literatur der 20er und 30er Jahre des XIX. Jahrhunderts*, Leipzig 1939, 2.

²³ Vellanskij, qui iam anno 1802 Ienae Schelling cognoverat, in epistula quadam od V Odoevskij scripsit: „Metaphysici conceptus domini Schelling de essentia naturae... efficiunt principium fundamentale istius epochae.“ Sakulin, Knjaz' V Odoevskij, I, 128; apud Setschkareff, 7. Etiam Ivan Davidov (1794—1864) Moscoviae Schellingianas ideas de natura in preelectionibus philosophicis explicabat; Setschkareff, 14s.

²⁴ Cfr. apud Setschkareff, 12.

²⁵ Ibidem, 32.

²⁶ Anno 1839 Schelling coram N. A. Melgunov (1804—1867) ita de sua philosophia „positiva“ locutus esse dicitur: „Nunc constiti in plano superiore quam antea eram, sed fundamentum, quo feror (la base qui me soutient) eadem est.“ Upud Setschkareff, 47.

Eandem mentem Schelling ipse in epistula die 21. Septembris 1833 ad Čaadaev scripta patefecit, nempe cohaerentiam suae doctrinae extulit, addiditque se velle doctrina sua humanitati „emolumentem sempiternum“ porrigere. So-

Ast „quadragesimis annis“ saeculi XIX.²⁷ praeter Schellingi ascendit iam influxus Hegelii. Hac in re mentione dignus est Moscoviensis circulus Nicolai Vl. Stankevič (1813—1840), ubi post Schelling, Kant, Fichte anno 1837 Hegel eminere incepit. Praeterea alias derivatus circulus Petropolitanus, in quo anno 1840 Alexander I. Herzen (1812—1870) dux erat. In hoc circulo socialismus quoque Gallicus fovebatur. Anno 1842 Herzen revertit Moscoviam, ibique magis magisque ad materialismum et atheismum inclinans proprio praeerat circulo, donec eius circulus anno 1846 ob censuram publicam dissolutus est. Inter Hegelianos

činenija i Pis'ma P. J. Čaadaeva. Pod redakciję M. Gerženzona, 2 vol., Moskva 1913—1914; vol. I, 382—383. Apud Setschkareff, 96 haud exacte.

V Odoevskij cum Schelling anno 1842 collocutus est eumque „gigantein idearum“ appellavit. Odoevskij opinatus est Schellingum, nisi tam proiecta aestate esset, ad ecclesiam Graeco-orthodoxam transiturum esse. Schelling vero de Russia sententiam effatus est „eam ad magna quaedam destinatam esse“. In opere „Russkie noči-Noctes Russicae“ Odoevskij Schellingum appellavit Columbum XIX. saeculi, qui hominibus ipsorum animam revelasset. Cfr. Apud Setschkareff, 45 et 40.

Etiam I. Kireevskij, quamvis non fuerit Schellingianus integralis, in articulo „Devjatnadcatyj vek-Saeculum XIX.“, anno 1832 composito, philosophiam Schellingianam synthesim universae philosophiae anteacti temporis nominavit. *Sobranie sočinenij*, I, 91—92. Schellingum pertinere ad homines qui non quovis saeculo, sed millenio quoque nascerentur. Ibidem I, 261. De positiva et „historica“ philosophia Schellingi, quam philosophiae „negativae“ opponit, ita sentit: „Nunc tandem evolutio negativae et logicae philosophiae perfecta est.“ Ibidem, I, 93, Hegelium per evolutionem sui logici modi cogitandi Schellingo possibilem reddidisse cognitionem defectus (unilateralitatis) logici modi cogitandi. Ibidem, 197—198.

Petrus quoque J. Čaadaev, Occidentalista quidem, philosophiam religiosam Schellingianam magni aestimabat. Cfr. duas epistulas, anno 1832 et 1842 ad Schelling missas (*Sočinenija...* I, 167—170, 244—246) necnon responsum Schellingi, die 21. Septembris 1833 datum (ibidem, 382—383).

Leo Šestov Schellingi influxum in Russia XIX. saeculo his effert: „In philosophicas mentes Russorum Schelling influxum immanem exercuit. Omnes apud nos persuasi erant ab eo novam epocham coepisse eumque dialectica Hegeliana abdicasse solamque veritatem christianam quaesiisse. Sed — addit Šestov, propriam de Schelling sententiam promens — Schelling nihil aliud somniabat nisi ut alter Hegel fieret.“ *Sovremennyja zapiski* 34, 1928, 289.

²⁷ Anni „quadragesimi“ amplectuntur fere annos 1835—1848. D. Čyževskyj, *Hegel bei den Slaven*, Reichenberg 1934, 163.

eminebant *Vissarion Gr. Belinskij* (1811—1848), *Timotheus N. Granovskij* (1813—1857), *Nicolaus Pl. Ogarev* (1813—1877), *Michael Alex. Bakunin* (1814—1876) et alii.²⁸

„Nunquam in Europa“- scribit Vladimirus Soloviev de Hegelianismo tunc temporis in Russia recepto, „Nunquam in Europa idealismus philosophicus Teutonicus tam vivam evocavit sympathiam neque unquam ibi tam profundam fortasse invenit comprehensionem quam in scientificolitterario circulo Moscoviensium Occidentalistarum (et ex parte quoque Slavophilorum) trigesimis et quadragesimis annis“.²⁹

Proprie annis quadragesimis, cum influxus philosophiae Hegeliana, et quidem eius „sinistrae“ religionique adversae alae primas nanciseretur partes, dum animi ad religionem proclives magis magisque ad Schelling accedunt - proprie tunc quaestio historico philosophica de sensu et missione Russiae mota animos in duo castra divisit. Prima pars tuebatur propriam nationalem indolem Russico-Slavicam patriae, inclusa Graeco-orthodoxa religione et ecclesia, reiciebatque influxum Occidentarium una cum novis institutionibus Petri Magni. Altera vero

²⁸ Cfr. D. Čyžev'skyj, *Hegel bei den Slaven*, 145—396: *Hegel in Russland*. Boris Jakovenko, *Geschichte des Hegelianismus in Russland*, vol. I, nova perfectior editio, Praha 1940. Passim etiam explicatur apud T. G. Masaryk, *Rusko a Evropa*, I—II, 2. ed. Praha 1930—1933, necnon apud B. Jakovenko-Ferdinand Pelikán, *Dějiny ruské filosofie*, Praha 1938. — Ex Hegelianis Russis maximum influxum in alios exercuit *Belinskij*, *de quo Jakovenko, Dějiny...* pag. 506 concludit: „Na konec ... není možné nezdůraznit ono neobvyčejné místo a zvláštní význam, které příslušely a přísluší za posledních 100 let v ruském duchovním a intelektuálním životě V. G. Bělinskému. Vskutku právě k němu vedou nevyhnuteLNě niti celé řady důležitých a podstatných projevů, požadavků, hesel, úloh a pojmu, které znenáhla a vždy znova vystupují v ruském filosofování...“ Masaryk, I, 564 dicit: „Vliv Bělinského na současníky a na mladší pokolení byl nesmírný.“

²⁹ SS V, 95. — „Der Einfluss Hegels in Russland bildet vielleicht den Höhepunkt der aus Deutschland kommenden Einflüsse im russischen Geistesleben überhaupt.“ Čyžev'skyj, 145. — „Neriskujeme tedy, že upadneme v nějaké upřílišení a zveličení, tvrdíme-li, že v žádné jiné zemi, (včetně s Německem samým) nebyl vliv Heglova myšlení tak význačný ve vztahu extensivním i intensivním — jako právě v Rusku. Hegel je onen filosof, který měl na ruskou filosofii větší vliv než kterýkoli jiný neruský filosof.“ B. Jakovenko-Ferd. Pelikán, *Dějiny ruské filosofie*, 505.

pars eorum admirabatur progressum Europae Occidentalis despiciensque Russiam incultam, exposcebat arctiorem communio nem, immo per revolutiem ineundam, cum Europa Occidentali. Hae erant duae factiones *Slavophilorum* et *Occidentalistarum* (*zapadniki*).

Dum Slavophili, praesertim „conversione“ eorum ducis philosophici *Ivan Kireevskij* peracta,³⁰ crescente influxu „theologi“ scholae *Alexii St. Chomjakov* (1804—1860) in dies magis proprium populum et statum socialem, spiritualem, religioso-ecclesiasticum Occidenti opponunt et laudibus efferunt,³¹ Occidentalistae in dies profundius in materialismum et atheismum illabuntur.³² Belinskij anno 1847 scripsit ad Gogol' „Ex tua sententiâ populus Russicus est religiosissimus populus in terris. Quod vero est mendacium... Inspice nempe attentius tibique persuadeberis populum istum ex natura sua esse profunde atheum. Multa inest ei adhuc supersticio, nullum vero vestigium religiositatis... Mystica exaltatione caret in doles eius; hac in re habet sensus nimis sanos, intellectum clarum et positivum et in hoc forsitan iaceat immanis magnitudo eius sortium in historia futuri temporis“.³³

³⁰ Anno 1842, Kireevskij mortuo, inter eius chartas inventus est nuntius de hac re a Košelev exaratus. Cfr. *Polnoe sobranie sočinenij I. Kireevskago*, I, 285—286.

³¹ Praeter iam memoratos *I. Kireevskij* et *A. Chomjakov* ad slavophilos pertinent *P. Kireevskij* et *A. Košelev*. Porro nominandi sunt *Jurij Samarin* (1819—1876), fratres germani *Konstantin* et *Ivan Aksakov* (1817—1860, 1823—1886), *P. Danilevskij* (1822—1885); magis ad politicam se converterunt *S. P. Ševyrev* (1806—1864), *M. P. Pogodin* (1800—1875), *M. N. Katkov* (1818—1887).

³² Apud Occidentalistas Russos, Čaadaev excepto, animadvertis potest praevalens influxus philosophiae Hegelianae, et quidem „sinistrae“ eius aleae, quamvis Occidentalistae iuvenes universim philosophiam Schellingianam sequi sint. Sed etiam apud Slavophilos, qui procul dubio philosopho Schelling magis affines sunt, influxus Hegelianus perdurat. Cfr. Čyževs'kyj, 245—262; *B. Jakovenko, Geschichte des Hegelianismus...*, cap. VII—VIII. — *Setschka-reff*, 57, cum Čyževs'kyj, 155 in adnotatione et in *Zeitschrift für slavische Philologie* 1939, 467, negat Ioannem Kireevskij positivum influxum Schellingianum subiisse.

³³ *G. Florovskij, Puti...*, 246; *T. G. Masaryk* I, 556.

Regimen cum auctoritate regnantis Nicolai I. motibus philosophicis, religioni contrariis, fortiter et cum vi resistebat. Herzen anno 1847 a Russia discessit. Bakunin anno 1849 captus et anno 1851 in carcerem deiectus est. *Lectiones de philosophia* anno 1852 ex universitatibus sunt profligatae³⁴ et nonnisi tempore imperatoris-liberatoris Alexandri II. (1855—1881), et quidem anno 1862, denuo introductae sunt.

Profligatis lectionibus philosophicis ex universitatibus via sane sternebatur grassanti motui idearum naturalistico-materialisticarum. „Utilitate“ enim cogitationum philosophicarum in historia spirituali Russiae negata, simul minuebatur facultas regendi evolutionem idearum propria arte cogitandi et reflectendi.³⁵

3. Itaque medio saeculo XIX. mentes Russorum sese imprimis ad immediatam realitatem mundi atque naturae converterunt. *Naturalismus et materialismus atheus* ut procella quaedam saeviebat in Russia, ubi omni cum vehementia positivam scientiam, socialem et politicum radicalismum promovebat. Mens Russorum iam satis erat evigilata et a praecedenti evolutione philosophica, ab hegelianismi ala „sinistra“, praeparata, quae omnibus hisce novis ideis, non critice quidem, sed cum eo maiore vehementia, arriperetur et conquassaretur. Publicum regimen coactivum Nicolai I. haudque sanus status societatis Russicae (servitus personarum-krepostnoe pravo) irritamentorum instar novum motum magis augebant.

„Fili“ - realistae „sexagesimorum annorum“ contra „patres“ - idealistas „quadragesimorum annorum“ insurrexerunt. Nihilismus Russicus creavit novum quendam typum hominis, cuius vivam imaginem Ivan S. Turgenev in primo heroe operis sui „Otcy

³⁴ Comes Stroganov, Curator universitatis Moscoviensis, in colloquio quodam die 7. Januarii 1844 cum Herzen habito de Hegelianismo et philosophia Germanorum ita sententiam suam effatus est: „Contradicunt nostrae theologiae... Ego ne illam quidem factionem admittam, quae pacem cum fide pangendam proclamat: religionem *fundamentum* esse oportet. Eius sententiā: „utilitas philosophiae est incerta, dum vero ipsius damnum est valde possibile.“ Herzen, Opera III, 299. Apud Čyževs'kyj, 299.

³⁵ Cfr. adnotacionem praecedentem.

i deti - Patres et filii“, anno 1862 editi, expressit. Nomen herois erat *Eugenius Bazarov*. „Nihilista“ - ait alias heros operis, *Arca-dius Kirsanov* - „est homo qui coram nulla auctoritate inclinatur, et nullum principium, quaqua aestimatione circumdatur recipit credendo“.³⁶

Attamen haec erat in Russia periodus culturae animorum maxime proprio iudicio critico destitutorum. „Numquam“, ait *A. Nikolskij*“, mens Russorum magis credula et absque discretione visa est recipere, quidquid ab Occidente porrigeretur, quam tempore grassantis apud nos materialismi et positivismi.“³⁷ Erat nempe, ut verbis utar *Vladimiri Soloviev* „epocha permutandorum duorum catechismorum“: Pro obligatoria auctoritate catechismi metropolitae *Philareti* (*Drozdov*)³⁸ substituta est non minus obligatoria auctoritas libri „Kraft und Stoff“ *Ludovici Büchner*.³⁹

Praeter Büchner magna auctoritate pollebant *J. Moleschott*, *L. Feuerbach*, *Ch. Darwin*, *A. Comte*.

Iuvenis arbitter litterarius *D. I. Pisarev* (1840—1868) factus est praeco Russici nihilismi. Etiam *N. G. Černyševskij* (1828—1889), *P. L. Lavrov* (1823—1900) pertinent ad hanc periodum nihilismi.

³⁶ Primus videtur *N. I. Nadeždin* (1804—1856) vocabulum „nihilista“ adhibuisse, at sensu „sceptici“. Itidem prof. *Bervi* in quodam scripto, anno 1858 de historia naturae agenti. Sensum revolutionarii et hominis naturalistici „progressistae“ nonnisi *Turgenev* in opere suo „*Patres et filii*“ vocabulo „nihilista“ imposuit. Revolutionarii vero, qui hoc termino designabantur, a vocabulo isto adhibendo abstinebant. Ipse *Pisarev* seipsum „realistam cogitantem“ vocitabat. Circa annum 1870 vocabulum „nihilista“ in desuetudinem venit. Cfr. *Enciklopedičeskij Slovar'* XXI, 11; *Bol'saja Sovetskaja Enciklopedija* XLI, Moskva 1939, col. 831—832.

Bazarov ut typus socialis, psychologicus et nationalis a *D. N. Ovsjanikov*-*Kulikovskij*, *Istorija russkoj intelligencii*, Moskva, 2. ed. 1907, 68—110, analysi subicitur.

³⁷ *Vera i razum* 1902, sectio philosophica, I. pars, 413.

³⁸ *Philaretus* (*Drozdov*, 1782—1867), qui ab anno 1821 metropolita erat Moscovensis, anno 1823 a Sancta Synodo Petropolitana iussus est „*Prolixum Catechismum christianum*“ componere, qui catechismus anno 1866 iam 59. vice editus est.

³⁹ SS VI, 270. — Anno 1869 *S. G. Nečaev* (1847—1882), discipulus illius *Bakunini*, „Catechismum revolutionarii“ in lucem edidit.

Quae tamen circa annum 1870 transit in mitiorem, adhuc tamen sat radicalem periodum positivismi cum prominentibus tendentiis socialibus (narodniki!). Doctrina *Augusti Comte* fit fere tertius „Catechismus“ illius temporis.⁴⁰ Praeter Lavrov et Černyševskij adhuc hic nominandi sunt philosophus V. V. *Lesevič* (1837—1905) et socialista N. K. *Michajlovskij* (1842—1904).

Victoria, quae circa annum 1870 de crudo materialistico nihilismo in Russia reportata est, attribui debet cum crescenti Gallico et Anglico (*J. St. Mill*, *Herbert Spencer*) positivismo, tum etiam recentiori philosophiae idealisticae Germanorum (*Schopenhauer*, *Eduard v. Hartmann*) necnon influxui patriae philosophiae Academiarum⁴² et Slavophilorum.

In atmosphaera spirituali hucusque ita praeparata in arenam processerunt anno 1873 *Vladimirus Soloviev*, signifer philosophiae religiosae in Russia, anno 1883 *Georgius V. Plechanov* (1857—1918), „pater marxismi Russici“,⁴³ anno 1893 *N. Lenin* (*Vladimirus Il'ič Uljanov*, 1870—1924), fundator rerum publicarum sovieticarum.

III.

Multorum Occidentalium qui repentinis Russorum mutationes individuales et collectivas observabant, perculsit animos vehementia illa necnon irregularitas cum quibus contraria penes Russos invicem subsequuntur: bonum et malum, religio et atheismus, divinae quaedam qualitates et animales, claritas Apollinea et ebrietas Dionysiaca. Contrarii animorum motus in Russia mira cum facilitate et aestu acceptabantur et usque ad extremos limites deducebantur.

Indene id provenit, quod Russi „in cogitando ignavi“⁴⁴ sint et urgenti instinctu imitationis obsideantur,⁴⁵ ita ut quaevis in

⁴⁰ SS VI, 272.

⁴¹ Cfr. SS VI, 272—273.

⁴² Cfr. quae supra de Academiis ecclesiasticis in Russia dicta sunt.

⁴³ Cfr. *Jakovenko*, *Dějiny...* 356—361; *Masaryk* II, 426 s, 449 s.

⁴⁴ Cfr. *Alexander Brueckner*, *Geschichte der russischen Literatur*, Leipzig 1905, 311.

⁴⁵ Cfr. *A. Eymieu*, *Le gouvernement de soi-même*, nouvelle édition, Paris 1908, 60 adn. 4.

animam Russorum dispalata aut casu delapsa idea „tabulam rassam“ inveniat ibique cum psychologia et functionali fere necessitate absque ulla inhibitione⁴⁶ agere Russosque „in genua dei- cere“⁴⁷ libere queat?

An vero agitur hic de „sensu minoris valoris-Minderwertigkeitsgefühl“ ita ut aliorum cogitationes, non obstante propria meliore apprehensione, praeferantur?

Temerarium sane esset hic quoque „theoriam usque ad mortem agere“.⁴⁸

„Pro nobis quoque“, fatetur Nicolaus Berd'jaev, „Russia aenigma absolutum est. Russia contradictionibus scatet; anima Russiae in nullam doctrinam cogi potest...“⁴⁹ Russia est „terra mysteriorum et contradictionum plena“.⁵⁰

„Habemus naturam amplam, Karamazovianam . . . quae possibilia quaeque contraria amplecti . . . , utrumque profundum contemplari potest: profundum, quod est supra nos, profundum superioris idealis - et profundum malevoli lapsus . . . Ampli sumus, ampli sicut cara mater nostra Russia, omnia complectimur et cum omnibus rebus comparamus . . .“⁵¹ „O, nos sumus imme-

⁴⁶ „Les Russes vont à l'extrême de la passion, d'abord parce que leur innervation est sans doute d'une extrême délicatesse, ensuite parce qu'ils appartiennent à une race plus jeune que celle de l'Europe occidentale. Leurs passions ne sont pas sans doute plus violentes que les nôtres, mais les freins sont chez eux à la fois moins nombreux et moins puissants que les nôtres, quand leur vient la tentation d'extérioriser leurs sentiments violents.“ *Jules Legras, L'âme russe*, Paris 1934, 108—109.

⁴⁷ D. Merežkovskij alicubi dicit. „Quod penes alios Europaeos hypothesis est, penes Russos axioma est“ affirmat Dostoevskij per os procuratoris publici in opere *Fratres Karamazov*, pars. V, cap. 3. — Bratt'ja Karamazovy, vol. I, Berlin 1919, 359.

⁴⁸ Cfr.: Der Systematiker reitet ein System, der Theoretiker eine Théorie zu Tode. Dr. I. Klug, *Die Tiefen der Seele*, 2. ed. 1931, 107.

⁴⁹ N. Berd'jaev, *L'anima della Russia*, Roma 1919, 5. (Versio operis „Duša Rossii“).

⁵⁰ Ibidem, 18.

⁵¹ Procurator publicus in opere *Fratres Karamazov* XII, 6; Bratt'ja Karamazovy, II, Berlin 1923, 570. — N. Gogol', *Mertvyja duši*, pars I, cap. XI. dicit: „Quid prophetizat istud incomprehensibile spatium? Hic, in te (Russia), quomodo mens illimitata non nasceretur, cum ipsa infinita sis?“ *Polnoe sobranie sočinenij*, Berlin, vol. IV, 1921, 343.

diati, sumus bonum et malum in mira quadam mixtione.”⁵²

Haud gratis signa characteristicā Russorum mentium inducuntur *universalismus, maximalismus, concretismus*.⁵³

At adestne semper animi robur quod e duobus oppositis id, quod est concretum, malum minorisque momenti, submittat ideali bono, itaque superiore, quamquam multiformem, unitatem creet?

Videntur equidem vires christianismum, qui in Russiam in forma Byzantina introductus erat, inde ab initio aliquatenus defecisse quominus populus recte educaretur. Id, quod in natura Russorum est elementare, non satis videtur elevatum, neque quod est animale, satis spiritualizatum.⁵⁴ Meta idealis christianaē perfectionis, quae in Russia in forma soli statui monachorum accessibili, praesentatum erat, inde ab initii hiatum haud spernendum inter vitam perfectionemque christianam in populum introduxit.⁵⁵

Ad exaequandum hunc internum hiatum inest sanae Russiae Christianae profundus sensus culpae et humilitatis, ita ut Dostoevskij fiderter exclamaret: „Sed salvabit Deus populum suum, quoniam magna est Russia in humilitate sua!”⁵⁶

At ut intelligamus, cur in Russia saeculo XIX. „primum tentamen independentis modi cogitandi penes minorennes alumnos gymnasiorum necnon homines adultos, qui in eodem plano in-

⁵² Dostoevskij, *Bratt'ja Karamazovy*, II 507. — Quomodo Dostoevskij Russiam et Russos mente conceperit, vide, sis, apud N. Losskij, *Dostojevskij a jeho kresťanský svetonáhl'ad*, Liptovský Sv. Mikuláš, Tranoscius, 1946, cap. XI, pag. 220—237.

⁵³ Jakovenko-Pelikán, *Dějiny...*, 14—16.

⁵⁴ G. Florovskij, *Puti...*, 3—4. — „In anima Slavica adhuc multa manent residua paganismi,” N. Gogol' *Mertvyja duši*, pars I, cap. XI.; *Polnoe sobranie sočinenij...*, Berlin, IV, 1921, 343.

⁵⁵ J. N. (Julie Danzas), *L'itinéraire religieux de la conscience russe, Russie et chrétienté*, annus I. et II., 1934, 1935; I, 217—218. N. Berd'jaev sibi persuasus est motum communistarum in Russia fotum esse per omissionem christianizationis culturae in Russia. *Sinn und Schicksal des russischen Kommunismus*, Luzern 1937.

⁵⁶ Per os senis-starec Sozima in opere *Fratres Karamazov* VI, 3, e); *Bratt'ja Karamazovy*, I, Berlin 1919, 484.

telligentiae starent, in permutando catechismo orthodoxo cum catechismo materialistico finire debuerit"⁵⁷ duae sunt, iuxta Vladimirum Soloviev, considerandae circumstantiae:

1. Excelsae doctrinae christianaæ de caritate erga omnes homines exercenda vita concreta socialis in Russia minime respondebat. Immo vero „professio veteris catechismi persaepe formas induebat, quae omnio ineptae, quinetiam inhumanae erant, cum „nova fides“, quibuscumque erroribus non obstantibus, saltem primo tempore, cum fervente amore erga homines coniungetur“⁵⁸ Erat nempe epocha magnarum reformarum Alexandri I.⁵⁹ Et Russorum animus tam sensibilis est enga res vitae et communioneis socialis!⁶⁰

2. Connexio inter duos diversos „catechismos“ et duos diversos ordines vitae est quidem logice falsa, sed tunc temporis erronee habebatur pro vera. Consensus et alacritas, cum quibus reformationes salutabantur, in materialisticam et naturalisticam conceptionem mundi transferebantur, quoniam plurimorum animi nondum maturaverant, ut veras rerum colligationes propriis oculis observarent . . . „Interius societatis nostrae augmentum“, ait Vladimirus Soloviev, „processio quaedam videbatur sollemnissima, quae via recta progrediebatur; qui vero pro „retrostanti“ laberi et omnium despectui exponi nolebat, eandem animorum stationem una cum omnibus „progredientibus hominibus“ appetere debuit.“⁶¹

⁵⁷ SS VI, 271.

⁵⁸ Ibidem.

⁵⁹ Die 18. Februarii 1861 servitus personalis agricolarum-mužiki per decretum-ukaz imperatoris abolita est.

⁶⁰ „L'anima russa aspira ad una sacra collettività“. „L'anima russa bruccia nella ricerca ardente della verità, verità assoluta divina, e di salvezza per tutto il mondo, di regenerazione verso una nuova vita“, N. Berd'jaev, *L'anima della Russia*, 6 et 14. — J. Wilbois, *L'avenir de l'Eglise russe*, Paris 1907, 226, adhuc fortius sese exprimit: „Plus brutalement, le Russe est un communautaire. Comme tel, psychologiquement, il n'a pas de qualité plus courante que la charité, et, socialement, il n'a pas d'autorité plus ordinaire que celle de conseils.“ Cfr. et ea, quae de hac re compendiat Seliber in *Revue Philosophique* 78, 1914, pag. 281—284.

⁶¹ SS IX, 266.

*N. Losskij Russorum animi volubilitatem iuxta principia suae doctrinae de structura personalitatis*⁶² ita explicat:

Omnem personam esse supertemporale et superspatiale *ego*, cui *superqualitativam* vim creativam inditam esta . . . Omne *ego* libere creare sibi characterem empiricum . . . Huic characteri non alligari in aeternum: quoquo modo character personae firmetur, tamquam essentialem suam proprietatem manere *superqualitativam* vim creativam; idcirco omne *ego* stare supra suum characterem empiricum, posseque eum transformare et mutare omnino novo modo se gerendi . . .⁶³

Penes Europaeos Occidentales, qui maiorem quam Russi tribuant attentionem mediae sphaerae culturae, a saeculis iam stabilitam esse formam vitae individualis et socialis. Quinetiam ad extra - in lineamentis vultus, in movendo sese et vestiendo plerumque apparere praecisam culturam vitae. Ideo inter vim creativam Europaei Occidentalis suosque gestus intercedere empiricum suum characterem, qui ipsius demonstrationes interdum adeo definiat ut ipse fiat servus proprii characteris incredibili que ipsi opus esse contentione, ut a consuetudinibus, traditionibus etc. liberetur. Russum econtra in quaerendo Absolutum et Infinitum ordinarie non diu contineri definitis exultisque formis vitae.

Prohraná disputace měla zlé následky pro slovanské kněze, kteří byli podle legendisty světskou mocí Svatoplukovou sehnáni se svých míst, uvězněni, ba dokonce prodáni židům do otroctví.⁷¹ Aby toto mohl někdo napsat, musil být nejprve sám Byzantincem, že mu stačí k takovému jednání s kněžími pouhá vůle panovníkova, a psátí pro prostředí, kde nic nevěděli o exempci kleriků z moci světské. Posuďme celou věc střízlivě: Svatopluk, který měl tolík co činiti s papežskou politikou, by se byl mohl odvážiti takového přehmatu proti duchovenstvu jen tak pro nějaké učené bádání, jemuž podle legendy nerozuměl? Či můžeme sedomnávit, že neměl ponětí o tom, co to je dekretální právo, co by to znamenalo znepřáteliti se se Svatou stolicí v době, kdy „nástupce Petrův volil a korunoval císaře?“

Abychom zjistili pravou příčinu vypuzení žáků Metodějových z říše velkomoravské, musíme tuto událost uvést v genetickou souvislost s tehdejší politickou situací evropskou, jak to v poslední době učinil Dvorník⁷² a Váczy,⁷³ ne stavěti pouze na naivním literárním zjednodušení pozdního řeckého legendisty. Viching a jeho strana podala ve skutečnosti znovu žaloby do Říma, obviňující sv. Metoděje a jeho žáky z kaciřství (*Filioque*) a z neposlušnosti (slovanský jazyk liturgický). Papež na podkladě těchto informací koncipoval *Commonitorium* biskupu Dominikuvi a list Svatoplukovi, opravňující duchovní a světskou moc k zakročení proti žákům Metodějovým, kdyby se nepodrobili, na základě čehož teprve byli vypuzeni. Vidíme, že spor šel znovu až do Říma, že ve hře byla intrika, nesprávná informace a falsifika-

⁷⁰ MG, 126, Vita S. Clem., kap. X., s. 1213/14 B.

⁷¹ MG, 126, Vita S. Clem., kap. XI., s. 1213/14 D.

⁷² Les légendes de Constantin et de Methode vues de Byzance. *Byzantino-slovica*, Supplementa I., Praha 1933; — Les Slaves, Byzance et Rome, au IX^e siècle. Travaux publiés par l'Institut d'études slaves, IV, Paris 1926; hlav. recenze: Ledit S. J., Les légendes. *Gregorianum* 1933, XIV, s. 540—563.

⁷³ Viz poznámku č. 16.

ce listin a že v říši Svatoplukově jen se sankcí Svaté stolice došlo k onomu zakončení, že to tedy nebyla pouhá místní záležitost dvou svářících se skupin kleriků.

Sledujeme-li líčení Bulharské legendy o cestě vypuzených kněží z říše velkomoravské do Bulharska, přesvědčíme se, jak bylo již výše podotčeno, že autor legendy má prostě nemožné zeměpisné představy o Panonii, že kraje severně od Bělehradu jsou mu naprosto neznámy, že tudíž nemohl rozhodně být Metodějovým žákem a současníkem, který by byl onu cestu sám prodělal.⁷⁴

Shrneme-li ještě jednou vše, co bylo řečeno o autoru Bulharské legendy, dospějeme k závěru, že jím určitě nemohl být nikdo z přímých žáků Metodějových, jednak pro svoji povyšenou zaujatost vůči všemu slovanskému, jednak pro úplnou neznalost místních poměrů a zvyklostí. Dogmatický rozbor tvrzení legendistových dokázal přesvědčivě, že jsou zřejmým anachronismem v době cyrilometodějské. Poněvadž pak některé jeho výroky lze nalézti téměř doslovně ve spisech ochridského arcibiskupa Theofylakta, je jasno, že autorem Života sv. Klimenta, arcibiskupa bulharského čili t. zv. Bulharské legendy může být jen Theofylaktos sám, jak ostatně svědčí i záhlaví oné legendy.⁷⁵

SUMMARIUM IN LINGUA LATINA:

DE AUCTORE LEGENDAE „BULGARICA“ DICTAE

Historiae cyrillometodiana fons fundamentalis legenda illa est, quae „Bulgarica“ appellatur, scilicet lingua graeca composita „Vita sc̄i Clementis Bulgari“, auctore, cesundum manuscriptorum, archiepiscopo ochridensi Theophylakte, qui CC annos octo Methodio natu minor est. Haec ita esse, etiam nostro tractatu simul cum historiographia moderna, hanc quaestionem tractante, decernenda sunt. Dr. Jan Stanislav, professor bratislavensis, solus Legendae bulgaricae auctorem inter sc̄i Methodii discipulos proprios quaerit, sed e sequentibus impossibilitas huius opinionis clara evenit.

Legendae bulgaricae studio diligentiore modo inexactitudo incredibilitasque eius apparetur. Legendae auctor scribit enim, principem Bulgarorum Borisem a sc̄to Methodio, sc̄ti Cyrilli fratre, baptisatum esse, quod alii, certi tamen fontes, stricte negant; item narrat, quo modo Vichinus, post exitum sc̄ti Methodii sellam episcopalem aduersus Gorasdum iniuste usurpavit. Ignos-

⁷⁴ Podrobný rozbor viz: Poláč, Metropolitní sídlo sv. Metoda a Nitra. Historický sborník Matice Slov., roč. IV., 1947, čís. 3/4., str. 291 ss.

⁷⁵ MG, 126, Vita S. Clem., s. 1193/4.

cit ergo Vichinum iam sc̄to Methodio vivente episcopum eius sufraganeum fuisse. Qua re fiducia in auctorem et in caeteris rebus vere diminuitur, ex ipsoque facto clare videtur eum contemporaneum rerum hic descriptarum esse non potuisse.

Legendistae credibilitas valde dubia fit modo, quem de adversariis sctorum fratrum, de Sphendoplico et de Francorum sacerdotibus scribens, applicat. Calumnias pessimas in eos accumulat, insultat eos, non sine ira et studio scribens videtur imprimis in comparatione cum illo sc̄ti Methodii discipulo, qui archiepiscopi sui vitam describens, modicissimo et dignissimo modo utitur. Legenda Bulgarica linguam liturgicam slavicam nullo verbo tangit, qua re videtur, auctorem eius protectorem trilinguismi esse, quem legendae Pannonicae opprimunt. E stricto et cauto statu adversus Sellam papalem, quo statu Legendae Bulgaricae auctor tam acriter ab auctore legendae Pannonicae discrepatur, certo iure deducimus Legendae Bulgaricae auctorem gente Graecum, ignotum rerum slavicarum moravicularum, inter quas Methodius vitam suam agebat, esse.

Legendae Bulgaricae auctor sc̄tum Methodium ut defensorem fidei demonstrat, hasque tres sententias ei adscribit:

Sct. Methodius Francorum sacerdotibus thesem „Filius Patre gignitur, Spiritusque e Filio procedit“ reprobat, ergo *contra „Filioque“* ponit.

2. Sc̄ti Methodii opinio ita formatur: Pater, e quo ante saecula sine dolore Filius genitus est et Spiritus sanctus, e Patre procedens. Insigne autem *ἐκ τοῦ πατρὸς*.

3. Porro: Fundati enim estis super apostolicae confessionis et praedicationis petram, in qua aedificatam adversus Ecclesiam portae inferi non praevalabunt (Mt. 16, 18); *ἐπὶ τὴν τῆς ἀποστολικῆς καὶ διδασκαλίας πέτραν* insigne enim *ἐπὶ τὴν πέτραν*.

Ad hoc magis dicere necesse est:

1. Methodii tempore querella de „Filioque“ nondum existebat, agebatur solum, dum doctrina de origine Spiritus sc̄ti e Patre Filioque in Credo ponenda esset seu ponere liceret, quod Vichinus faciebat, formulatione occidentali „Filioque“ usus, orientalem enim „per Filium“ omittens. Sct. Methodius Credo sine his verbis, stricte Romano modo dicere volebat. Quaerebatur ergo eo tempore de disciplina, non de dogmate, quae querella demum Constantiopolis orta est.

2. Sc̄ti Methodii doctrina de Spiritu sc̄to anno DCCCLXIX per bullam Hadriani II. „Gloria in excelsis“ itemque anno DCCCLXXX per bullam „Industriae Tuae“ datam a papa Joanne VIII. quam orthodoxa affirmata est. Omnia dubia ad huius bullae integritatem pertinentia per studia novissima e radice extirpata sunt. Sct. Methodius verba illa „Filioque“ contra usum Francorum sacerdotum negabat, strictiorem formulationem graecam „per Filium“ tenens, sed nunquam se „e solo Patre“ docuisse acusatur.

3. Tertia sc̄ti Methodii sententia Cap. 16, v. 18 evangelii sc̄ti Mathaei pertinet „et in hac petra“. Assemann translationem sc̄ti Cyrilli originalem ita ponit: **Ты ъеси Петъръ, и на семь Петъръ** et illa verba **на семь** quae in originali graeco generis feminini sunt, in translatione in masculinum ponuntur, sed verbum **Петъръ** non transfert, quamquam in manuscriptis posterioribus sine ulla exceptione **на семь камене** interpretatur. In hoc loco sc̄t. Cyrilus voluntate et iudicio inaccuratus fuisse videtur, ut potissimum contra Photium disciplinam Romanam de primatu ex hoc loco demonstrare possit. Legendae Bulgaricae interpretatio eadem est quam et interpretatio huius loci in Theophylactis Commentario ad Mattheum, ergo inter sc̄ti Methodii discipulos impossibilis appareatur.

Ergo haec tres sententiae dogmaticae, quas legendista sc̄to Methodio adscribit, apud eum omnino impossibles sunt et nihil aliud, nisi speculatio theologica Legendae Bulgaricae auctoris propria esse videntur.

Ita etiam fit, quod scii Methodii discipulorum sententias attinet. Legenda eorum querellam cum Francorum sacerdotibus illustrans, ita narrat:

1. Gorasdus anathema dicit in dogma novum, quod neque Scrae Scripturae, neque sectorum Patrum argumentis probari posse.

2. E Joanne 15/26 demonstrat diversitatem aliquam inter „procedere“ et „mitti“ esse.

3. Contradictionem e Joan. 20, 22 evertit monstratque in hoc loco non Spiritus Sct. ipse, sed eius donum peccata remitendi putatur.

4. Francorum sacerdotes vere duo principia divina facere, id est Patrem (ad Filium) et Filium (ad Spiritum) demonstrat, quod Manichaeorum substantia est.

5. Dogma novum e quatuor evangeliis probari non posse.

Dissolutione minutiore sententiarum illarum certe cognoscimus:

1. Gorasdus, adversariis inauditis, contemptim in dogma novum anathema dicit, non solum Francorum sacerdotes, sed etiam Sphendoplicum insultans. Etiam in capitibus sequentibus homines gentis Gorasdi tali cum studio et contemptu describit, qualem solum homo Graecus saeculi XI. ostendere potuit.

2. Haec pars caput omnis disputationis est. Explicatio citati versi Joannis adhuc omnium disputationum studiorumque ad reconciliationem concordiae inter Orientem et Occidentem origo est. Interpretatio eius, quam Legenda Bulgarica praebet, pro scio Methodio et discipulis eius absolute impossibilis est, nam neve:

A. Apud scum Methodium,

B. apud Photium inveniri potest.

C. Ergo etiam apud scii Methodii discipulos existere non potest, etiamsi Photio subiecti fuissent.

D. Ille ergo, in cuius tractatis eandem formulationem interpretationis illae invenimus, sine dubio Legenda Bulgaricae auctor est.

Porro dicere possumus:

A. Scum Methodium, qui partem nullam in Photii schismate habebat, potissimum Patres orientales sequens, Spiritus scii processionem ex Patre per Filium confessum esse, quam formulationem etiam papa Hadrianus II. contra Francorum sacerdotes protegebat, Hergenröther probat. Ob eam rem etiam verba „Filioque“ in Credo negabat. Si sc. Methodius aeternum „procedere“ saeculari „mittere“ discrevisset, ea etiam in parte dogmatica Legendarum Pannonicarum scripta essent. Cum autem ea verba hic non inveniuntur, certo sententia ea scii Methodii doctrina theologica non est.

B. Ne Photius quidem „procedere“ a „mitti“ discernet. Locum classicum apud Joannem interpretat, Spiritum scum a Patre procedere, additionemque „etiam e Filio“ blasphemiam putat, nam ea opinio Spiritum scum a Filio creatum ostendit, aliter Spiritus Sctus hac processione dupli compositus visus esset, qua re unitas divina deleta esset.

C. Scii Methodii discipuli in hac causa, magistri auctoritatem sequentes, certe modo modestiore utebantur. Sed etiamsi finibus Sphendoplici expulsi, magis Photium sequebantur, tamen nunquam discrimen eam characteristicam applicant.

D. In Theophylactis opere „Liber de iis quorum Latini incusantur“, discrimen inter „procedere“ et „dari“, ad Joan. 20, 23 pertinens, hic ad rei clarificationem eadem exempla monstratur, quae etiam in Legenda Bulgarica citantur. Commentariorum et Legendae Bulgaricae consensus autem dogmaticus in interpretatione huius versus et in discrimine inter „procedere“ et „mitti“ ita appareat, ut hic locus connexum angustissimum Legendae Bulgaricae Theophylactisque probat.

3. In explicatione, scum Joannem Spiritus Scti donum peccata remittere, non eum ipsum putare, Theophylactes et legenda de scio Clemente omnibus

fere verbis consentiunt. Quia autem reprobationem eam apud Photium nullo loco invenimus, certe demum e querella porro tractata orta et apud scti Methodii discipulos solum anachronismus est. In Theophylactis scripturis e contrario tribus locis ipsissimis fere verbis invenitur, qua re etiam Jugie Theophylactem auctorem Legenda Bulgaricae esse persuasum habet.

4. Argumentum, duplicum apud Latinos principium divinum esse, ipse quidem Photius posuit, sed compositionem in Sctum Spiritum ponit, legendista autem Clementis de duobus principiis divinis narrat. Hoc a Photio diverso modo etiam Theophylactes in suis scriptis utebatur, qua re consensus Legenda Bulgaricae cum Theophylactis systemate theologico affirmatur.

5. Etiam disputationis finis de impossibilitate argumentationis ex Evangeliiis, quae in Legenda Bulgarica est, apud Theophylactem locum analogum habet.

Ex omnibus, quae de Legenda Bulgaricae auctore dicta sunt, deduci potest:

1. Auctor duos errores historicos subiit (Bulgarorum Borisis baptizmus per nostrum sctum Methodium et usurpatio sellae episcopalnis a Vichino demum post scti Methodii mortem).

2. Invidia eius adversus Sphendoplicum, advesus Francorum sacerdotes et adversus Sedem Sctam apparent,

3. sicut et odium eius adversus liturgiam slavicam clare ostenditur (trilinguismus).

Per scti Methodii sententiarum examen dogmaticum, formulationem Legenda Bulgaricae in absoluta contradictione cum iis, quae de scti Methodii doctrina ex aliis testimoniosis certis scimus, esse constituimus. Haec est formulatio theologica byzantina postschismatica, cuius citatio postrema verbum pro verbo cum isto loco scripturae Theophylactis consentit.

Methodii discipulorum disputationem examinantes, certe cognoscimus mentem hominis Byzantini, impossibilem apud Slavum et claram diversionem inter eam et scti Methodii sistema theologicum. Elementa hic existunt postschismatica, neque Photio nota, neque apud scti Methodii discipulos probata, sed stricte cum Theophylactis systemate theologico et in omnibus fere verbis cum diversis locis in aliis eius tractatis consentientia. Hic enucleatio theologica saeculi XI. tractatur, tempore cyrillomethodiane anachronica, fabula a scriptore, theologo Graeco Theophylakte, circa annum MC constructa.

Auctorem Legenda Bulgaricae scti Methodii discipulum proprium esse non potuisse, etiam de Sphendopli imagine videtur, quem Clementis legendista in omnibus aliter describit quam documenta certa papalia, sicut bullae „Industriae tuae“ et „Quia te“ sunt, aliter etiam, quam et Vita scti Methodii.

Legenda Bulgarica narrat sctum Methodium imperii Sphendopli finem praenuntiavisse, quod autem in aliis fontibus non invenimus. Legenda auctor potissimum fontem, omnem causam iuste quam querellam de illis verbis in Credo ostendentem, quam rem et discipuli scti Methodii Sphendoplico propoununt, novit, sed omnem rem ad suam conceptionem descriptsit. Quia causam a Sphendoplico per ius iurandum decretam esse permittit, se Byzantium esse clare ostendit, nam in Oriente interdictum absolutum iuris iurandi, quod ut res barbara putabatur, existebat. Haec non dixisset Methodii discipulus, cui ius iurandi res communis et nota erat.

Verum incredibile est Sphendoplicum, qui tot connexus cum papa habebat, sacerdotes slavicos propter disputationem amissam non solum incarcereare, sed etiam sub coronam vendere ausum esse. Id solum homini caesaropapismo byzantino consueto accidere potuit. Sceti Methodii discipuli solum sub auspiciis sedis papalis, iniuste et dolose informatae per eos, qui Vichinum sequebantur, relegari potuerunt. E narratione de sacerdotum relegatorum itinere in Bulgariam clare probatur, Legenda Bulgaricae auctorem Pannoniae geogra-

phiam omnino ignovisse, ergo neque ex sc̄ti Methodii discipulis fuisse, neque iter illud fecisse.

Ex omnibus supra dictis procedit, Legenda Bulgaricae auctorem propter rerum regionisque ignorantiam nullum e sc̄ti Methodii discipulorum numero esse potuisse, et vere auctoris contemptus omnium rerum slavicarum imp̄misque verbum pro verbo fere consensus cum nonnullis locis in aliis Theophylactis scriptis theologicis, archiepiscopum ochridensem Legenda Bulgaricae auctorem esse, probant.

Dr Fr. GRIVEC

DE LINGUA PALAEOSLAVICA MEDITATIO

Dissertationem hic propositam idcirco meditationem (piam) dico, quia in ea quaedam collegi, quae cogitationes pias in lectore movere possunt.

Tempore recente viri litteris palaeoslavicis periti fere unanimiter opus s. Cyrilli-Constantini grammaticum et litterarium mirantur stupentes, quomodo vir gente Graecus voces et rationem (mentem) linguae Slavicae adeo perfecte percipere et exprimere potuerit. Litteratura palaeoslavica spatio decem vel viginti annorum iam ad tantum fastigium elevata est, quale aliarum nationum litterae vix saeculorum usu attigerunt.¹ Opere ss. Cyrilli et Methodii in Pannonia et Moravia delecto, ex illo fastigio paulatim delapsae sunt.

V. Jagić in operibus suis maturissimis versionem palaeoslavicam Novi Testamenti perfectissimam ac menti Slavicae accommodatam esse, asserit; id a peritis communiter approbatum esse. Obiectiones, a B. Kopitar prolatas atque a Miklošič moderatae repetitas, renuit. Auctores versionis palaeoslavicae Novi Testamenti (et Psalmorum) admodum laudat; eorum sublimem cognitionem linguae palaeoslavicae, sublimem sensum rationis linguae Slavicae celebrat his similibusque verbis: Originalität und feines Sprachgefühl für echt slavische Ausdrucksweise, Feinheiten des Ausdrucks, das ganz ausgezeichnete Sprachgefühl.² Ipse A. Brückner fatetur, opus Slavicum s. Cyrilli splendidum esse; toto medio aevo nil simile occurrere.³ R. Nahtigal

¹ Vide e. gr. testimonium *N. van Wijk* infra nota 6.

² V. Jagić, Enstehungsgeschichte der kirchenslavischen Sprache (1913), pag. 32, 333—414, praecipue 422 s. Idem in libro: Zum altkirchenslavischen Apostolus II (1919).

³ A. Brückner, Die Wahrheit über die Slavenapostel (1913), pg. 32 s. Idem in „Göttinger gelehrter Anzeiger“ 1911, Nr. 10, pg. 607: „Seine Grösse, zumal als philologische Leistung, wird durch nichts geschmälert.“

magnum ingenium („genialni“) Constantini miratur, classicam perfectionem eximiamque artem eius versionis evangelii laudat, philologos E. Berneker, O. Grünenthal, A. Brückner alle-gando.⁴

In litteris palaeoslavicis praeter perfectissimam s. Scripturae versionem etiam opera originalia eximia arte entitent. Philologi et poëtae laudant poëmata palaeoslavica: Preces alphabeticae, Prooemium s. evangelii.⁵ N. van Wijk egregiam elegantiam palaeoslavicae Vitae Constantini laudat ac miratur, iam decem vel viginti annis post litteras palaeoslaviccas constructas opus tantae artis concinnatum esse.⁶ M. Weingart et J. Vašica magnam ele-gantiam palaeoslavicae Legenda s. Venceslai demonstraverunt.⁷

Sic viri periti nostrae aetatis. Eorum exemplo ductus, analysi theologica et grammatica ostendi, prooemium Vitae Methodii opus mirandae artis esse;⁸ in Euchologio Sinaitico glagolitico et in II. Monumento Frisingensi vestigia artis praestantis inveni.

Viri periti censem, tantam perfectionem litteraturae palaeo-slavicae, iam primis annis, opus insolitum et mirandum esse, ac concedunt, illud vix explicari posse.

Post viros nostrae aetatis audiantur discipuli immediati ss. Cy- rilli et Methodii aliique viri illorum temporum, fere unanimiter testantes, litteras palaeoslaviccas opus sanctum et auxilio supra-

⁴ R. Nahtigal, Ruski jezik v poljudnoznanstveni luči (Ljubljana 1946) 96 et 208. — E. Berneker, Kyrills Übersetzungskunst (Indogermanische Forschungen 31, 1912/3) 399 s. — O. Grünenthal, Die Übersetzungstechnik der altkir-chenslavischen Evangelienübersetzung (Archiv für slav. Philologie 31, 1910) 321 s et 507 s; 32 (1911) 1 s.

⁵ AAV 1941, 272—274.

⁶ N. van Wijk, Zur sprachlichen und stilistischen Würdigung der altkirchen-slavischen Vita Const. (Südost-Forschungen 1941, J. 6, pg. 74—102) 78: „Wer das Altkirchenslavische genügend beherrscht, wird in der Vita Const. auf Schritt und Tritt den Humor des geistreichen Erzählers bewundern; der leb-hafte Stil wird ihn fesseln und er wird staunen, dass ein Slave aus dem 9. Jahr-hundert die ein oder zwei Jahrzehnte früher künstlich geschaffene Schrift-sprache auf eine ästhetisch so hervorragende Weise verwendet hat, dass ein moderner Mensch ästhetisch davon geniessen kann.“

⁷ Na úsvitu křesťanství (Praha 1942) 68.

⁸ AAV 1941, pg. 20—22; 102—106; 166 s; 184.

naturali effectum esse. Quod testimonium de sanctitate operis plane approbandum, testimonium de causa supranaturali vero cum grano salis aestimandum est.

Opus sanctum.

Vitae palaeoslavicae Constantini et Methodii, a discipulis s. Cyrilli exaratae, inventionem litterarum palaeoslavicarum, opus utique sanctum, illustrationi divinae, immo revelationi tribuunt: „Philosophus vero... secundum antiquam consuetudinem precebus se dedit cum aliis laboris sociis. Mox autem Deus ei apparuit, exaudiens preces servorum suorum, et illico composuit litteras et coepit scribere.“⁹ „In preces incubuerunt cum aliis, qui erant eiusdem sententiae. Et tum revelavit Deus philosopho Slovenicas litteras.“¹⁰

Vitae Constantini et Methodii abunde testantur, sanctos fratres Thessalonicenses honores huius mundi respuisse ac solum salutem animarum propriarum aliorumque curavisse, itaque omnia impulsibus sanctis egisse. Sic etiam opus Slavicum non nisi impulsu sancto et supranaturali suscepserunt. Rursus concedendum est, ipsos scriptores Vitae C. et Vitae Methodii ex illis „sociis laboris“ fuisse, qui cum sanctis Cyrillo et Methodio Deum orabant, ut eos in construendis litteris Slavicis iuvaret. Impulsus sanctus eo potius admittendus, quia sancti fratres, natione, educatione ac patriae amore Graeci (Byzantini), in opere in utilitatem Slavorum minime amore proprio personali vel nationali duci potuerunt, sed solum ad salutem animarum alienae gentis procurandum, prout palaeoslavicus sermo panegyricus in memoriam ss. Cyrilli et Methodii diserte praedicat.

Sancti fratres et discipulis et aliis. praecipue Romanis, serio narrabant, se litteras Slavicas ad finem sanctum ac Deo adiuvante composuisse. Papa Hadrianus II. relationes sanctorum fratrum de hac re eorumque vitam ac mores perscrutatus est, eo potius, quia iam sat compertum habuit, multos adversarios

⁹ VC 14.

¹⁰ VM 5.

operi Slavico resistere. Inde explicari possunt illae sententiae in epistola Hadriani II. ad Slavorum principes, quae litteras Slaviccas gratiae divinae et intercessioni s. Clementis tribuunt, ut Slavi „praecepta divina facile ediscerent“ Non est, cur de veritate sententiae de s. Clemente dubitemus. Constantinus etenim post inventionem reliquiarum s. Clementis ardentius hunc sanctum colebat; ad Slavos in patriarchatum Romanum profecturus. intercessioni s. Clementis Romani se commendabat.¹¹

Monachus Slavus Hrabr in brevi defensione litterarum Slavicarum contra accusationes Graecorum scribit (ante medium saeculum X.), litteras Slaviccas inventas esse misericordia Dei, qui Slavis Constantinum-Cyrillum, virum iustum, misit. Litteras Slaviccas sanctiores et venerabiliores esse Graecis litteris praedicat; Graecae enim a paganis, Slavicae autem a viro sancto inventae sunt. Opus Constantini et sanctum et mirandum esse, quia solus ac brevi tempore perfecit, quod septuaginta Graeci interpretes s. Scripturae multis annis vix facere potuerunt.

De sanctitate operis Slavici s. Cyrilli recenter cardinalis H. Pellegrinetti concinne scripsit: „(Cyrillus litteras Slaviccas creavit) non per istinto di glottologo, non per pompa di una maravigliosa facoltà di sentire il genio delle lingue, ma per la profonda e attiva convinzione che il Christo . . . deve venire a contatto d'ogni anima, alla traverso quello che ogni anima ha di più profondo e connaturale, di più intimamente comunicativo, la lingua materna, la lingua nazionale . . . Nei due santi fratelli il concetto della dignità fondamentale d'ogni lingua, fondato sulla dignità della partecipazione alla vita della Chiesa di Cristo, fu più sviluppato e più largamente sentito e applicato che in altri. Altri missionari prima di Cirillo . . . non avevano avuto la stessa largezza d'idee, le stesse iniziative ardite e generose di Cirillo.“¹²

¹¹ De momento s. Clementis in opere Slavico ss. C. et M. ac in eorum itinerare Romano scripsi in AAV 1941, pg. 178 et 271; recenter in folio Apoštolač sv. C. a M. (Olomouc) 1947, pg. 1—7 et 44—50.

¹² Card. E. Pellegrinetti, La catechesi cristologica dei santi Cirillo e Metodio (Milano 1939) pg. 26 s; vide AAV 1941, 178.

Opus mirabile.

Ex narratione discipulorum s. Cyrilli et ex circumstantiis gravibus colligi potest, litteras palaeoslavicas opus sanctum esse, benigna divina misericordia adiutum, praeter consuetum naturalem agendi modum effectum, ideo mirabile esse.

Opus praeter consuetum agendi modum inceptum et effectum. E. Golubinskij et N. Nikoljskij e narratione VC 14 et VM 5 concludunt, opus Slavicum s. Cyrilli illa aetate inauditam exceptionem fuisse. E. Golubinskij s. Cyrilum audacem „reformatorem et novatorem“ dicit.¹³ E narratione VC, VM, e defensione monachi Hrabi atque e factis historicis erui potest, iam versionem Slavicam s. Scripturae multos adversarios habuisse in Oriente et in Occidente; eo potius liturgia Slavica, inceptum saeculo IX. inauditum.

Opus praeter consuetum agendi modum peractum, *magnitudine et perfectione* omnes similes conatus medii aevi longe superans. Opus eo mirabilius, quia non a Slavo, sed a Graeco, patriae Byzantinae amatore effectum est. Constantinus, vir doctissimus, ingenii contemplativi, infiriae valetudinis, solitudinis amator, opus tam audax et pergrande fortiter aggressus est. E fastigio Byzantini cultus humanitatis et urbanitatis ad spretos incultos Slavos condescendit. Artem et flexibilitatem linguae Graecae formis ac rationi (menti) linguae Slavicae insevit eique accommodavit. Graeca humanitas Graecaque ars naturae Slavicae primigenae iunctae, quandam saporem odoremque fascinantis naturae recentis et alacris spirant.

Litterae palaeoslavicae *opportunissimo tempore* compositae sunt. Constantinus etenim linguam Slavicam litteris expressit et excoluit eo tempore, quo Slavorum lingua primigena, formis ac vocibus abundans, nondum acriter in dialectos divisa est. Divisio in dialectos modo incipiebat. Maxima abundantia vocum, formarum, declinationum nominum, coniugationum verborum (varietate aoristi, imperfecti ac participii), saeculo IX. ad finem vergente, iam languescere inchoabat. Vocales nasales, voce ſd

¹³ E. Golubinskij, Istorija russkoj cerkvi I, 2 (1904) 328. — AAV 1941, 175 et 178.

et št, distinctio tenuis inter semivocalem durum ac mollem, subtiles varietates declinationum et coniugationum saeculis X. et XI. iam confundebantur et paulatim interibant. Lingua palaeoslavica litteris exculta autem antiquas linguae divitias tenaciter conservabat.

Cyrillus *sanctitate heroica* eminet. Ecclesia catholica etenim non nisi homines, virtutibus heroicis eminentes, tamquam sanctos colit. Romani Cyrillum, natione Graecum, sanctum non coluisserint, nisi eius virtus heroica probata esset. Virtus heroica autem vires naturae et consuetas agendi leges superat ac non nisi auxilio divino extraordinario exerceri potest. Ideo virtus heroica miraculum ordinis moralis est. Atqui litterarum palaeoslavicarum creatio, tam humilis et efficax humanitatis artisque Byzantinae ad Slavos incultos condescensio, cum virtute heroica atque cum sanctitate Cyrilli cohaeret, itaque quodammodo miraculum ordinis moralis participat.

Operis Slavici executio et defensio cum virtutibus heroicis conexa est. S. Cyrillus illud impulsu et auxilio divino incepit ac peregit. S. Methodius pro isto opere persecutiones, vexationes, alapas, carceresque dolorosos pertulit.

Non dico, litteras palaeoslavicas miraculum ordinis moralis esse. Attamen sobrii viri periti praedicant, opus Slavicum s. Cyrilli mirandum ac mirabile esse. Rursum autem compertum est, s. Cyrillum illud impulsu sancto ac supranaturali perfecisse. Itaque negari vix potest, litteras palaeoslavicas sanctitatem heroicam s. Cyrilli participare atque quodammodo cum miraculo ordinis moralis cohaerere.

De prosperis conatibus magnam flexibilitatem linguae Graecae attingendi et exaequandi non pauca testimonia exemplaque in versione palaeoslavica Novi Testamenti, in VC et VM (principue in VM 1), in Euchologio Sinaitico invenies. De huius generis conatibus in vocabulis *podvig*, *slabost'* et similibus iam alibi disserui.¹⁴ Multa testimonia peritissimus V. Jagić collegit.¹⁵

¹⁴ Razprave Akademije znanosti (Ljubljana) 1943, 377—393 (De Glagolita Cloziano) et 1944, 180—187 (de VC et VM).

¹⁵ Vide supra notam 2.

In sequentibus agam de nomine *Spasitel'* ac de vivo testimoniis linguae Russicae.

Spasitel' - *Salvator*, *Servator*.

Christus, *Salvator*, erat pergrave obiectum evangelii (blagovest) Slavis praedicandum. Philanthropia (človekoljubie) Christi *Salvatoris* in liturgia Byzantina suavissimis verbis melodiisque canitur. Igitur opportunum Slavicum nomen huius conceptus quaerendum erat, ex loquela pastorum et agricolarum seligendum sanctoque usui liturgico et homiletico (catechetico) accommodandum. Quod egregie prospereque successit. In hoc nomine sacro lingua palaeoslavica alias linguas superare videtur. Ideo iuvat de nomine *Spasitel'* disserere.

Nomine *sъpasitel'* (*sъpas*, *sъpasenie*) Graecum *σωτήρ* (*σωτηρία*), verbo *sъpasti* (*sъpasati*) Graecum *σώζειν* redditur. Quod verbum Graecum *salvare* (salutem dare), custodire, servare (etiam leges servare), nomen substantivum vero (sotér) *auctorem salutis, servatorem, liberatorem, redemptorem* significat. In his observandum est verba *salvare*, *salvator* posterioris originis et linguae Latinae ecclesiasticae propria esse. Nomen Latinum classicum est *servator* (*servare*). In recentioribus documentis Romarum pontificum, classica lingua Latina conceptis, Christus constanter *Servatordicitur*; ita praesertim in epistolis Leonis XIII. et Pii XII., e. gr. in litteris encyclicis *Mystici Corporis Christi* (1943).

Eandem significationem ac illa verba Graeca etiam vocabula Slavica *spasitel'*, *spasenie*, *spasti* habent; non solum *salvare*, sed etiam legem servare (custodire) significant. Quod nonnullos philologos Slavos fugit.¹⁶ Sensu *servare legem* (servare diem festum, iuramentum) in Monumentis Frisingensibus Slovenicis (I et II; e saec. X. ad finem vergente) occurrit; eodem sensu verbum *pasti* in Codice Suprasliensi recurrit, prout Miklošič in Lexico

¹⁶ Professor A. Isačenko in libro de Monumentis Frisigensibus (Jazyk a pôvod Friz. pamiatok. Bratislava 1943) contendit (pg. 14), palaeoslavicum *pasti*, *spasati* non *servare*, sed *salvare* significare; significationem *servare legem* (diem festum) linguis Slavicae et Latinae alienam esse. Vide AAV 1947, pag. oo.

palaeoslavico (pg 557) notavit. His dilucide ostenditur, verbum *spasti* eiusdem radicis esse ac *pasti* (gregem custodire, pascere).

Communi radice verborum *spasti* et *pasti*, *spasitel'* et *pastir* (pastor) singularis flexibilitas et amplitudo huius terminologiae palaeoslavicae manifestatur, linguam Latinam et Graecam superans.¹⁷ Christus salvator et redemptor, qui nos e servitute diaboli et peccati eripuit, simul noster bonus pastor est; oves suas custodit et pascit, ovem perditam quaerit. Noster salvator et pastor nos magnanimo amore iuvat, ut eius leges servemus (custodiamus); eius iugum regium est iugum mitissimi ac benignissimi pastoris, onus eius leve et iugum suave, quod etiam oves tenerae portare possunt. Iucunda Christi locutio de bono pastore in contextu terminologiae palaeoslavicae cum sublimi doctrina de Christo salvatore connectitur. Utraque insignis idea christiana (bonus pastor, salvator) hoc nexus, linguae palaeoslavicae proprio quendam gustum sapit ac pietatis unctione perfunditur.

Hoc unum exemplum elegi, ut eximium artificium linguae palaeoslavicae, e loquela pastorum et agricolarum depromptae, ingeniosae a s. Cyrillo litteris excultae, ostenderem.

Lingua palaeoslavica hodie quidem mortua est, ast in usu liturgico vivit atque magnam linguam Russicam suavi sono vocum, formarum varietate et verborum abundantia hodie adhuc pervadit, ornat augetque.

Lingua Russica.

M. V. Lomonosov, poëta omni doctrina eruditus, scriptor primae grammaticae Russicae (1755), pulchritudinem, vigorem, virtutem, dulcedinem, divitias elegantiamque perspicuam linguae Russicae celebravit. N. V. Gogol' eam „omnium Europae

¹⁷ Verbum Graecum (sozein) et Latinum (servare) quidem servare, salvare (redimere) sensu christiano, ac legem servare, attamen non (gregem) *pascere* significat. Hebraicum verbuni *šamar* et legem et gregem custodire significat, at non *salvatorem* usu sacro. — In linguis Slavicis modernis loco formae palaeoslavicae *spasti* frequenter forma *spasiti* usurpatur; ita e. gr. in lingua Bohemica ac frequenter in lingua Croatica. At in lexicis Serbicis et Russicis tenaciter et exclusive forma *spasti* servatur.

linguarum plenissimam ac ditissimam“ praedicavit. *J. S. Turgenev* linguam Russicam „magnam, potentem, veracem, liberam, quae non nisi genti magnaе dari potuit“, cecinit. *M. Gorkij* circa annum 1930 rem publicam SSSR prospere monebat, linguam linguarum plenissimam ac ditissimam“ praedicavit. *I. S. Turnorskij*, membrum Academiae scientiarum SSSR, in *Izvestija Akademii Nauk* 1944, III, 1 (pg. 27) scribit: „Abhinc (impulsu M. Gorkij) lingua Russica litteraria... facta est res pretiosa, a societate custodienda (stal obščestvenno oberegaoj cennostju)“.

Impulsu academicici Obnorskij iterum movetur quaestio de origine linguae Russicae. Grammatici Russici maximam partem linguae palaeoslavicae in lingua hodiernae litteraturae Russicae formanda statuerunt. *A. Šahmatov* ausus est dicere, linguam Russicam origine sua esse lingua palaeoslavicam in fundum Russicum transplantatam.¹⁸ *S. Obnorskij* quidem censet, linguam litteraturae Russicae e fundamento Russico ortam esse;¹⁹ „sed postea, cum lingua palaeoslavica congressa, mutua efficientia cum illa adulescebat, ex ea locupletata illis, quibus indigebat, paeprimis lexico et phraseologia“.²⁰

Communiter admittitur, plus quam dimidiam partem vocabulorum linguae Russicae litterariae et magnam partem formarum grammaticae e lingua palaeoslavica depromptas esse, atque hoc non incommodo, sed maximo emolumento.²¹ Inde praestantiam, flexibilitatem, divitias sonumque iucundum linguae Russicae provenire.

Unanimi consensu admittitur, ss. Cyrillum et Methodium auctores linguae palaeoslavicae esse, ideoque pae omnibus aliis optime meritos de lingua nationeque Russica.

Historia teste lingua palaeoslavica liturgica humanitatem (culturam) Russicam excoluit ac nationi Russicae vigorem roburque paegebuit, ut varias gentes vicinas, immo ipsos Varjagos (Nor-

¹⁸ *A. Šahmatov*, *Očerk sovremennoj russkogo litteraturnogo jazyka*. 2. ed. (Moskva-Leningrad 1930) pg. 6 s.

¹⁹ Hanc assertionem a veritate discrepare, *R. Nahtigal* dicit o. c. X. (supr. nota 4).

²⁰ *Učennye zapiski Mosk. universiteta* 1946, III, 1, 21.

²¹ Nahtigal o. c. 96.

mannos) regnantes, sibi assimilare potuerit. Firmiter itaque constat, gentem humanitatemque Russicam magnitudinem suam linguae ecclesiasticae palaeoslavicae debere. Atqui lingua palaeoslavica sanctos Cyrillum et Methodium auctores habet, qui impulsibus religiosis ac sanctis linguam palaeoslavicam excollerunt, ut Slavos „Christo lucrifacerent“ (1 Cor 9, 22). Itaque natio Russica magnitudinem suam religioni christiana ac sanctis christianis, Cyrillo et Methodio, debet.

Gens linguaque Russica vivae testes praestantis perfectionis et gravitatis linguae palaeoslavicae atque operis ss. Cyrilli et Methodii existunt. Illa nobilis lingua, quam Obnorskij, membrum Academiae scientiarum SSSR, pretiosum thesaurum socialem Russiae praedicat, hodie adhuc clamat, quid Russi religioni christiana ac sanctis Cyrillo et Methodio debeant.

Universa litteratura palaeoslavica non solum origine, sed etiam argumento (contento) christiana et ecclesiastica est; ideo ab eruditis non frustra lingua ecclesiastico-slavica dicitur. Ex his magnum momentum theologicum linguae palaeoslavicae manifeste elucet. Inde vero rursus necessitas theologiae in societate philologiae et historiae Slavicae ostenditur, quam Academia ecclesiastica Moskoviensis, duce pio professore et rectore A. V. Gorskij,²² fauste inauguravit (a. 1843) et comprobavit.

²² Apoštolát sv. C. a M. (Olomouc) 1946, pg. 127/9, 174/6, 213/6.

ALPHONSUS RAES S. J.

LIBRI LITURGICI IN LINGUA SLAVICA A SANCTA SEDE EDITI

Anno 1927 constituta est commissio quae editionem typicam librorum liturgicorum pro ecclesiis ruthenis praepararet. Ob varia discidia finis optatus obtentus non est, nec eum secunda commissio et ipsa e solis membris ruthenis composita assequi valuit. Quapropter ipsi episopi rutheni totam rem Sanctae Sedi demandarunt. Post maturum examen rei, S. Congregatio pro Ecclesia Orientali criteria statuit secundum quae editio facienda esset. Eminentissimi Cardinales, memores promissionis a Sancta Sede multoties factae se velle ritus Ecclesiarum Orientalium sartos tectos servare, non potuit non arcere e libris edendis haec omnia quae talem promissionem vanam, illusoriam, imo fallacem ac mendacem redderent.

Iisdem temporibus, sacerdotes catholici, qui ritum in Russia usurpatum sequentes ex ipsa Russia libros liturgicos obtainere iam non valentes ex alia parte libros Ruthenorum, propter suas particularitates legitimas, adhibere non potuerunt, rogaverunt ut pro ipsis libri liturgici imprimerentur; cui petitioni Pius XI. anno 1934 annuit.

Duae commissiones ergo institutae sunt anno 1938 quae duplum seriem librorum in lingua antico-slavica praeparent, aliam pro Russis aliam pro Ruthenis. Statim aggressae sunt laborem ita ut anno 1940 editio duplex facta esset Liturgiae S. Joannis Chrysostomi, in 8°.

1. In Editione pro Russis quae vocatur: *Divina Liturgia S. Joannis Chrys.* (pag. 112) animadvertisimus sanctos russos in proscomidia commemorari (Nicetam Novgorodensem, Leontium Rostovensem, Antonium et Theodorum Pečerskim, Sergium Radonensem et Barlaam Chutinensem), qui omnes ante Concilium Florentinum vixerunt. In litaniis Summus Pontifex nominatur eo loco quo dissidentes Sanctam Synodus nominaverunt, et eius mentione ponitur ante mentionem auctoritatis civilis pro qua prae-

ter formulam pro imperiis et regnis, etiam formula in republica adhibenda praevideatur. Troparia ad Spiritum Sanctum ante epiclesim conservantur, sed possunt a celebrante omitti. Pro Dialogus, quem sacerdos et diaconus post magnum ingressum inter se habent, redactio conveniens exhibetur.

2. In editione pro Ruthenis appellata: *Sancta et divina Liturgia S. Joannis Chrys.* (p. 112) apponitur declaratio qua dicitur quaedam facienda vel omittenda, dicenda vel non dicenda esse secundum ordinem Episcopi. Sunt sequentia: additio „Filioque“ in recitatione Symboli fidei, infusio aquae calidae post fractiōnem. Post unamquamque consecrationem praescribitur inclinatio profunda; troparia autem ante epiclesim omnino omittentur.

Anno 1941 separatim pro Russis et pro Ruthenis in lucem prodiērunt in mensura 16⁰ quattuor libelli qui partes diversas libri *Služebnik*, qui praeparabatur, continebant:

3. 4. *Ordo officii vespertini, matutini et vigiliae nocturnae* (pag. 208+16; pro Ruthenis pag. 207);

5. 6. *Liturgia S. Joannis Chrysostomi*, ut supra (pag. 184; pro Ruthenis pag. 151);

7. 8. *Liturgia S. Basili*; omnes orationes in extenso dantur (pag. 160; pro Ruthenis, pag. 135);

9. 10. *Officium Praesanctificatorum*: hoc non vocatur liturgia, cum ei desit praecise id quod sacrificium constituit; et non attribuitur Sancto Gregorio Dialogo, cum talis attributio omnino erronea saeculo XVI antiquior non sit. Hoc officium cuius executio difficultatibus non caret, et quod modo deficiente in libris proponebatur, nunc prima vice clare, ordinate, complete redigitur (pag. 74, pro Ruthenis pag. 68).

11. 12. Anno 1942 totus *Služebnik*, ita editio pro Russis vocatur, et totum *Liturgikon*, ita pro Ruthenis, ad lucem venit (pag. 691+49; pro Ruthenis pag. 678). Praeter partes iam supra indicatas, *Služebnik* continet benedictionem colybae, supplicatio pro defunctis, benedictionem palmarum, panis die Paschatis, litaniam in exaltatione Crucis, et deinde Menologium seu Calendarium sanctorum duodecim mensium, pro tempore Quadragesimae et pro tempore paschali. Inseritur prokimenon, alleluia, versiculos communionis ubi specialis occurrit. Sed praesertim

notandum est in hoc calendarium assumpta esse nomina circa triginta sanctorum russorum, quorundam martyrum ex Ecclesia Maronitica, armena et aethiopica et S. Josaphat ex Ecclesia ruthena, quibus additus est praeter alios sanctos occidentales iam diu acceptos in calendario Byzantinorum, Sanctus Franciscus Assisiensis. In appendice dantur Veličanie magnorum festorum, particularia quaedam, ut v. g. verba consecrationis in lingua graeca, et ea occurunt in liturgia pontificali.

Haec omnia inveniuntur in *Liturgikon Ruthenorum* si excipimus sanctos russos et ea quae in appendice proponuntur. Inter festa eis propria nominamus festum Adorationis sanctorum mysteriorum Corporis et Sanguinis Dni n. Jesu Christi, festum Dulcissimi Domini et Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi, amatoris hominum, et festum Dolorum Sanctissimae Dei Genitricis.

13. 14. Anno 1943 fiebat pulchra editio *Evangeliorum Matthaei, Marci, Lucae et Joannis* in formato 4^o (pag. 444) cum indicatione, imo in pagina; pericoparum quae legendae sunt, cum tabellis in fine libri secundum calendarium ordinatis, et cum repetitione evangeliorum hebdomadae sanctae quae aliter, cum ex variis evangelistis promiscue sumantur, difficulter leguntur. Editio una est pro Russis et pro Ruthenis, excepto calendario.

Eodem anno potuit fieri editio altera in 8^o evangeliorum, in qua pericopa evangelica disponuntur secundum calendarium, sed tantum pro dominicis et festis principalioribus.

15. Pro Russis vocatur: *Selecta Evangelia pro dominicis, pro festis et pro diversis necessitatibus* (pag. 212);

16. pro Ruthenis: *Evangelia pro dominicis, pro festis et pro diversis necessitatibus* (pag. 216).

Huic editioni evangeliorum respondet editio in 8^o epistolarum quae prodiit anno 1944.

17. Pro Russis vocatur: *Selectae Lectiones Apostolicarum pro dominicis, etc.* (pag. 265+30);

18. pro Ruthenis: *Lectiones Apostolicae pro dominicis, etc.* (pag. 272+30) Hic liber inservit lectori; quare ad unamquamque epistolam adiungitur troparion et Kondak diei, prokimenon, versus alleluiaiticus et versus communionis. In appendice dantur,

modo valde claro, ex ordine missae illae indicationes et formulæ quae inservienti seu lectori necessariae vel utiles sunt.

Ita, sacerdos qui peregrinari debet propter ministerium suum his tribus libellis in 8º i. e. Liturgia S. Joannis Chrysostomi, Selectis Evangelii et Selectis Lectionibus Apostolicis, munitus divinam liturgiam secundum varia tempora celebrare potest.

Perfectis igitur omnibus quae ad Liturgiam pertinent - deest tamen Apostolos plenus - editionem libri sacramentorum seu Ritualis commissiones incepérunt. Pro Russis in lucem prodiit anno 1945.

19. *Trebnik, Pars Prima*, (pag. 296+55), quae continet officia sacramentorum in forma pleniora et, si occurrit, breviore, ordinem communionis infirmorum et canonem pro agonizantibus, deinde in appendice „moleben“ commune et ritum dandi communionem extra Liturgiam.

20. Anno 1946 pro eisdem Russis prodiit *Trebnik, Pars Secunda* (pag. 318+22) quae omina proponit quae pro defunctis aguntur: funeralia laicorum, sacerdotum, monachorum, infantium et „pannichidam“. Reliquae partes, quae benedictiones et orationes varias continent, praeparantur.

21. Pro Ruthenis vero facta est editio parvi ritualis sed satis plenus. Hic *Parvus Trebnik* (pag. 508+55) dat officia sacramentorum sed non semper in forma longiore, v. g. pro ritu extremae unctionis, funeralia laicorum, sacerdotum et infantium, „pannikidam“ seu „parastas“, benedictionem aquae parvam et solemnem pro die Epiphaniae, officium genuflectionis pro die Pentecostis, septem orationes varias et in appendice „moleben“ commune atque ritum dandi communionem extra Liturgiam.

Omnis libri hic enumerati magna cum cura, conventus Cryptoferratensi prelo confecti sunt in charta valde bona, duobus coloribus, nigro ac rubro; pulchris figuris styli orientalis praesertim in Evangelio magno et in Trebnik ornati sunt.

Dr Fr. GRIVEC

De nova editione operis

VITAE CONSTANTINI ET METHODII

In Actis Academiae Velehradensis a. 1941 vulgavi opus, quod inscribitur: **Vitae Constantini et Methodii. Versio latina, notis dissertationibusque de fontibus ac de theologia ss. Cyrilli et Methodii illustrata.** Opus tres comprehendit partes: I. Fontes vitae ss. Cyrilli et Methodii (pg. 3—50). - II. Vitae (Legendae) Constantini et Vitae Methodii nova versio latina, adiectis annotationibus (51 ad 127). - III. De theologia ss. Cyrilli et Methodii (161—277). - Longior III. pars tredecim comprehendit dissertationes: 1. Relatio ss. C. M. ad Photium (161—165); 2. De fontibus theologiae ss. C. M.: a) S. scriptura, b) Gregorius Naz., c) Liturgia, d) Traditiones orient. antiquiores, e) Preudo-Dionysius, f) I. Damascenus (166—174). 3. Liturgia slavica: a) Ritus, b) Quomodo C. M. liturgiam sl. defenderint (174—184). 4. Elenchus conciliorum (in VM 1): a) Numerus conciliorum; b) Primatus; c) Imperatores (184—191). 5. Na sem Petrě (191—194). 6. Apostolicus (194 s). 6. Scholium slav. contra 28. canonem Chalcedonensem (196—200). 7. De philosophia et ascensi s. Cyrilli: a) Sponsalia mystica, b) Definitio philosophiae, c) Imago Dei, d) Honores divitiaeque avi, e) Vestigia asceseos s. C. in litteris palaeoslav., f) Monumentum Frisingense slovenicum (200—230). 8. Napisanie o pravěj věre (231—244). 9. De processione Spiritus sancti (244—257). 10. De authentia epistolae „Gloria in excelsis Deo“ Hadriani II. (258—270). 11. Reverterunt e Moravia (270—272). 12. Duo carmina Constantini Cyrilli (272—275). 13. De citatis s. scriptuare in VC et VM (275 s).

In involucro fasciculi 1-2 AAV 1941 promissa est separata huius operis oditio. Quae editio infausto bello impedita est.

Tanto temporis intervallo multa me excitabant ac iuvabant ad novos scientiae fructus de his quaestionibus colligendos. *J. Vašica* (in libro: Na úsvitu křesťanství 1942) opere meo usus est in conficienda et illustranda nova Bohemica versione Vitae Constantini et Vitae Methodii; multa mea approbavit, quaedam vera supple-

vit vel emendavit. *Nicolas van Wijk* ultimis vitae suaे mensibus (obiit 25. III. 1941) gravia de *Vita Constantini* in lucem edidit. Anno 1942 *R. Nahtigal* criticam editionem *Euchologii Sinaitici* publici iuris fecit, adiectis multis annotationibus de opere litterario ss. Cyrilli et Methodii.

Anno 1943 centum anni elapsi sunt, ex quo *A. V. Gorskij* palaeoslavicas *Vitas Constantini et Methodii* recensuit novamque aetatem studiorum de ss. Cyrillo et Methodio inauguravit. Hanc nactus occasionem in operibus *A. V. Gorskii* eiusque discipulorum haud pauca inveni gravia, quae multos viros peritissimos in Europa occidentali usque adhuc latebant.

Fontes palaeoslavicicos accuratius perscrutando novos scientiae fructus collegi. In tomo primo Dissertationum Academiae scientiarum Slovenicae (Ljubljana 1943) recensui sermonem anonymum *Glagolitae Cloziani*, opus ss. Cyrilli et Methodii illustrantem. In tomo secundo Dissertationum eiusdem Academiae (1944) editi quinque breves dissertationes de ideis et terminis palaeoslavicarum VC et VM. In eodem tomo professor *M. Kos* non solum dubia sua de authentia epistolae papae Hadriani II. *Gloria in excelsis Deo* revocavit, set etiam gravibus novis argumentis meas de hac quaestione dissertationes approbavit et supplevit.

Gravia nova de ss. C. et M. inveni in palaeoslavico *Sermone panegyrico in memoriam ss. C. et M.* Hoc sermone e. gr. exacte probatur, *Napisanie o pravěj věrě et Proglas sv. evangeliu ante obitum s. Methodii* exarata esse.

Quibus motus et adiutus novam paravi editionem operis de ss. Cyrillo et Methodio, penitus emendatam, suppletam auctamque.

In parte prima (de fontibus) inserui caput breve de *A. V. Gorskij* et annotationes de fructibus *N. van Wijk* aliorumque; caput de *Legendis Bohemicis* ac de *Legenda Moravica* emendavi iuxta opera *J. Pekař* et *V. Chaloupecký*.

Versionem Latinam VC et VM atque annotationes (*pars II*) in omnibus fere capitibus emendavi ac multis locis graviter supplevi. Gravissimum supplementum est versio Latina *Sermonis in memoriam ss. C. et M.* cum annotationibus et dissertatione de relatione huius sermonis palaeoslavici ad alia scripta palaeoslavica.

In parte tertia multa emendavi et auxi. Gravissime retractata est dissertatione *De philosophia et ascesi s. Cyrilli*; quae in duas dissertationes divisa est. Caput enim quintum: *Vestigia asceseos Constantini in litteris palaeoslavicis* – ita auctum est, ut inde nova dissertatione facta sit, in tria capita divisa: 1. Redemptio ac primi honores (AAV 1941, 214—218); 2. *Unynie, lěnost, podvig (nouum caput)*; 3. Secundum Monumentum Frisingense Slovenicum (caput emendatum et auctum).

Additae sunt breves *novaes dissertationes*: Historia biblica in VM 1; Doctor-učitel; Lumen ad lumen; Sermo anonymus Glagolitae Cloz.

Inscriptio dissertationis *Duo carmina Constantini-Cyrilli* correcta est (*Duo carmina Constantini*), quia *Carmen alphabeticum* certe est opus Constantini presbyteri Bulgarici; carmen *Proglas sv. evangeliju* autem probabiliter ab eodem presbytero concinatum.

Nova editio operis de Vitis Constantini et Methodii igitur novos scientiae fructus praebet.

MEMENTO MORTUORUM

† ANDREAS ŠEPTYCKYJ, METROPOLITA LEOPOLIENSIS,
PRAESES ACADEMIAE VELEHRADENSIS 1910—1939.

Prologus

Nomen Andreae comitis Šeptyckyj omnibus fere christianis eruditis in Europa notum est. Praeprimis autem unionis ecclesiarum instaurandae zelatores, qui inclytis conventibus unionisticis Velehradensibus interfuerunt, usque ad hodiernam diem in memoria vivide sibi repraesentant robusti huius barbatique monachi insolita altitudine eminentem staturam, baculo innixam, moleste in propatulo Velehradensi ingredientem. Neque unquam oblivisci possunt venerabilem hunc pontificem, sinuosa veste liturgica indutum, in splendida basilica Velehradensi ad altare accendentem atque manibus ad caelum extensis profunda voce Slavicas orationes canentem. Tunc grandis figura eius adhuc crescere et sancti cuiusdam pontificis Orientalis imaginem, arte Byzantina magnifice depictam, prae se ferre videbatur. Metropolita Andreas mortuus est, sed vitae eius merita et exempla clarissima viva manent. Quae grato animo recolere et simplicibus tantum verbis incultoque calamo adumbrare conamur.

Iuventus

Romanus Maria Alexander comes Šeptyckyj die 29. Iulii 1865 in Prylbyči in Galicia orientali e parentibus piis Ioanne comite Šeptyckyj et Sophia com. Fredro natus est. A matre religiosissime educatus puer decem annorum iam ad sacerdotium inclinationem experiebatur. Quattuor classes studiorum gymnasialium privatim peregit, ceteras quattuor classes Cracoviae absolvit, ubi a. 1883 examen maturitatis subiit. Quo feliciter peracto a parentibus licentiam s. Basilii M. ordinem ingrediendi precatus est. Sed patre reluctantate a confessario monitus est, ut per unum annum servitium militare, ad quod in Austria omnes adulti laici obligati erant, incumberet. Ideo mense Octobri a. 1883 servitio militari se dedit. At iam ineunte a. 1884 gravissimo morbo (scarlatina) per plures menses afflictus est, ob quam causam a servitio militari liberatus est. Quamvis feliciter convalesceret, tamen morbi vestigia quaedam in pede eius remanserunt. A patre rogatus Cracoviae et Vratislaviae iuri studuit atque iuris utriusque doctoris gradum 19. Mai 1888 adeptus est. Quem assecutus licentiam ingrediendi monasterium obtinuit. A papa Leone XIII. sequentibus verbis confortatus est: „Optimam partem elegisti, quae non auferetur a te.“ Durantibus studiis plura itinera per Europam fecit, ex quibus praesertim itinera Romam, Kioviam et Moscoviam magnum influ-
xum in vitam eius exercuerunt. Kioviae eximium Ucrainum prof. univers. V. Antonovyc et Moscoviae clarissimum philosophum VI. S. Solovjev cognosc-

it. Die 23. Mai 1888 Dobromilum ad noviciatum ordinis s. Basillii M. per agendum profectus est.

In monasterio

Inclytae Šeptyckyjanae familiae heres, veste religiosa indutus mutatoque nomine saeculari in *Andream*, magno cum zelo vitae religiosae studet, quam plurimis solidae virtutis exemplis manifestat. Quare ad vota simplicia admis-sus in eodem monasterio studiis rhetoricis operam navat, quibus magno cum successu finitis Cracoviam mittitur ibique in collegio PP. S. J. theologicas disciplinas doctoris laurea ornatus absolvit. Christinopolim reversus solem-nem professionem emittit pauloque post Peremysliae ordinibus sacris initia-tus est (22. 8. 1892). Statim diversis officiis in ordine s. Basillii M. obeundis studiosissime occupatur. Primo quidem munere novitiorum magistri magno cum fructu et laude fungitur. Dein monasterium Leopoliense qua hegumenus regit, intra quod tempus multoties in missionibus sacris nec non in obeundis sacerdotalibus functionibus laborat. Hac etiam vitae monasticae periodo mul-tus est in restauranda congregazione monialium s. Basillii M. et in praeparan-da missione intra fines Bulgariae. Tandem denuo Christinopolim venit, ut lectiones e theologia dogmatica et morali traderet.

Episcopus Stanislaopoliensis

At die 19. Septembris a. 1899 in cathedram episcopalem Stanislaopoli vo-catus aegre monasterii parietibus vale dicit. Episcopus effectus magnam bibliothecam (3870 fasc.) Stanislaopoli fundavit, ad quam sustentandam 6000 dol. am. donavit. Item magnam necessitatem seminarii dioecesani exstruendi agnovit. Ideo pretio 4000 dol. am. campum emit, ubi postea successor eius episcopus Chomyšyn seminarium maius clericorum aedificavit.

In sede archiepiscopali

Die 17. Decembris a. 1900 archiepiscopus et metropolita Leopoli creatus est. Novus archipraesul excellentissime in opere unionistico pastoralique prae-decessorum suorum (episcopi Peleš, cardinalis Sembratovyč) prosequebatur: 752 parochias in sua dioecesi studiosissime regebat frequenterque visitabat, singulos parochos ad personam noverat, in Curia consistoriali ipse praeside-bat, multas epistulas cotidie scribebat, quo in opere ne morbo quidem impe-diebatur, in omnibus fere ecclesiis suae dioecesis verbum Dei praedicabat, confessiones fidelium etiam qua metropolita saepe audiebat. Frequentes quo-que audienciae, in quibus etiam simplices fideles recipiebat, litteras pastora-les profunda sapientia spirantes et sollicitudine vere paterna refertae, quas ter quaterque per annum sacerdotibus, cum saecularibus tum regularibus, nec-non populo christiano, mittebat, luce clarius cor eius vere apostolicum secun-dum Cor Jesu formatum manifestant. Triplici laurea doctoratus ornatus me-tropolita Andreas etiam scriptorem magni ingenii seipsum exhibuit. A. 1932 librum „Sapientia Dei“ scripsit. Leopoli a. 1929 „Liturgikon“ seu „Služebnyk“

publicavit. Item e Graeco in Ucrainicam linguam „Quinque sermones asceticos s. Basilii M.“ vertit annoque 1929 Leopoli publici iuris fecit, deinde „Regulas S. Basilii M. brevius tractatas“. Deinceps „Introductionem ad primum tomum Regularum fusius tractatarum“ scripsit. Maximam diligentiam in educando erudiedoque clero dioecesano et in aliis scientiis promovendis metropolita exhibuit. Curabat enim, ut in theologica facultate Leopoli professores scientia excellentes instituerentur. A. 1923 scientifica Theologica Societas Ucrainorum fundata est, quae multa opera theologica publicavit. Sumptibus huius Societatis Theologicae folia periodica „Bohoslovija“ (Theologia) prodibant.

Metropolita Andreas in Ecclesia Christi etiam qua auctor novi Ordinis integre orientalis fulget. Illustris et strenuus quondam metropolita Joseph Veljakin Rutskyj vitam monachorum orientalium secundum regulas ordinum congregationumque occidentalium reformavit. Introduxit enim ex. gr. communem recitationem breviarii in choro. Metropolita autem Andreas pro integritate ritus orientalis animo inflammatus, cum vidisset, se legitimae evolutioni vitae monachorum repugnare non posse, novum ordinem integre orientalem instituit, quem a s. Theodoro Studita nuncupavit. Instituendo novo ordine religioso orientali metropolita non tantum pristinam vitam monachorum secundum doctrinam s. Theodori Studitae et exemplum prioris monasterii „Studion“ Constantinopolitani restaurare, sed etiam centrum aliquod cultus divini et scientiae sacrae in civitate sua residentiali condere intendebat. Itaque apud suam sedem parvam ecclesiam ritus orientalis parvumque monasterium „Studion“ cum bibliotheca et archivo fundavit. Novi monachi Studitae primo studia theologica Leopoli Romaeque in Pontificio Instituto Orientalium Studiorum absolverunt, deinde in eodem monasterio Studion operibus scientificis vacabant. Neque silentio praetereundum est Musaeum Nationale Ucrainicum a. 1913 a metropolita Andrea fundatum, cui notus archeologiae peritus dr. Hilarijan Svencickyj praeverat, ubi magnus thesaurus iconarum Ucrainicarum, veterum librorum liturgicorum, necnon librorum sectae russicae „veterofiduum“, paramentorum aliorumque artis ecclesiasticae monumentorum collectus est. Metropolita praeterea quotannis fere Romam ad aliquot dies vel hebdomadas proficiscebatur ibique et aliis in locis assidue archiva investigabat. Magna eius inventa, in Studion partim condita, ducebant eum ad novum institutum Romae aedificandum, historicum scilicet institutum Ucrainicae nationis, cui virum eruditissimum P. Cyrillum Korolevskij archiepiscopus praefecit, qui in biblioteca Vaticana a. 1921 6.000 varia documenta slavica historica laboriose classificavit. Haece documenta bibliothecarius P. Korolevskij iam ante secundum bellum summatim publicare cogitabat, sed adhuc hoc opus perficere non potuit.

Loca sacra in Palestina christianos omnium nationum, cum catholicos tum dissidentes, semper alliciebant et adhuc alliciunt. Quod quidem signum magnae pietatis erga loca Sacra praeclararum quondam unitatem Ecclesiae Jesu Christi ostendit. Etiam Ucraini graecocatholici archipraesule Andrea duce a. 1906 in

terram Sacram iter faciebant. Ubi etiam metropolita Andreas monasterium PP. Studitarum collocare conatus est, sed operam perdidit.

Metropolita - maecenas

Copiosissimas metropolitae eleemosynas plurimaque dona diversissimis personis et societatibus enumerare difficultimum est, quia „sinistra eius nescivit, quid fecerit dextera eius“ (Mat. 6, 3).

Archiepiscopus Leopoliensis effectus multis societatibus humanitatis pecunia subveniebat: Praeprimis subvenit Ucrainicae Paedagogicae Societati, qua

1908 Leopoli grande aedificium aedificavit, ex quo utique magnum aes alienum contraxit. Ne haec domus manibus alienorum traderetur, emit eam Andreas pretio 155.000 dol. am. ibique monasterium sororum ordinis

Basilii M. collocavit. Quibus in aedibus etiam gymnasium puellarum ab iisdem sororibus institutum ab anno 1912 usque ad annum 1920 collocatum est. Gymnasio in Domum Academicam ab archiepiscopo renovatam translatum in aedificio U. S. P. circiter 120 orphani maxime ex familiis sacerdotum educantur et aluntur. Empto hocce aedificio metropolita UPS in crisi oeconomica servavisse clarum est. Ucrainica „Domus aegrotorum nationalis“ eiusque adaptatio etiam perpetuum monumentum est largitatis singularis archiepiscopi Leopoliensis. Innumerabiles homines sanati grato animo fundatorem semper reminiscuntur.

Numquam tradit oblivioni se olim monachum fuisse. Quo facto specialiter de monasteriis pauperibus sollicitus est. Ordinis s. Basilii M. Patribus Leopoli in suburbio „Stryj“ monasterio ecclesiaeque s. Josaphat struendis locum pretio 20.000 dol. am. emptum large donavit, ubi reliquiae s. Unitatis martyris colerentur. Quae consilia capta duobus bellis mundanis a Deo permissis irrita facta sunt. Reliquiae s. martyris Josaphat in graecocatholica ecclesia ad s. Barbaram Vndobonae usquae hodie depositae manent.

In urbe Sknylov prope Leopolim metropolita ante primum bellum mundanum 28 iugera campi pretio 4.500 dol. am. emit ibique monasterium PP. Studitarum pretio 6.000 dol. am. aedificavit. At haec residentia in bello diruta Unevum translata est et pristinum locum in Sknylov PP. Studitae ad finem militarem vendiderunt. Procul in Bosna in vico Kamenica prope Banjaluka emit metropolita Andreas monasterium cum vinea, ut fratres Studitae vinum bonum ad liturgiam sacram tribus dioecesibus in Galicia providerent. At primo bello mundano finito Austria in plures partes divisa est et hocce consilium captum infectum remansit.

Etiam in urbe Zbojisky emit metropolita octo iugera campi octoque iugera urbis pretio 32.500 dol. am., quae congregationi Ss. Redemptoris large donavit, ubi statim iuvenatus dictae congregationis institutus est. Ordinis s. Basilii M. sororibus in Slovit metropolita ad tectum monasterii renovandum 6.000 dol. am. largitus est. Et cetera non pauca.

Vere regalis paternaque largitio secundum verba Scripturae: „Beatus est magis dare quam accipere“. (Act. ap. 20, 35:)

Litterae pastorales

Magnum documentum curae pastoralis metropolitae litterae pastorales eius praebent, non solum numero copiosae, sed etiam argumento formaque excellentes. Variis ex causis variisque occasionibus cum a metropolita scriptae, tum una cum episcopis suffraganeis editae, non modo spirituales, sed etiam temporales exigentias cleri et populi varias eorum condiciones respiciunt.

Principio saeculi vigesimi plurimi Ucraini gregatim e Galicia in Canadam, Argentinam, Germaniam, Galliam et Austriam migraverunt. In Austria praecipue Vindobonae degunt adhuc non pauci eorum in paroecia ad s. Barbaram, ubi reliquiae s. Josaphat Kuncevyč asservantur. Pro fidelibus graeco-catholicis in USA degentibus SS. Pater Pius papa X. episcopatum orientalem sui iuris a. 1906 instituit, similiter pro fidelibus in Canada degentibus a. 1912. Interim a. 1910 archiepiscopus Andreas suos fideles in America degentes visitavit. At item litteras pastorales suis dispersis ovibus saepe scripsit, in quibus eas non solum ad honestam vitam christianam agendam adhortabatur, sed etiam indigentiis difficultatibusque oeconomicis eorum consulebat, sicut iam suprascripsimus. Metropolita magnopere etiam de Ucrainis emigrantibus (operariis) in Gallia... sollicitum sese praestitit, episcopis Galliae plures litteras de cura pastorali fidelibus Ucrainis impendenda scripsit suorumque sacerdotum auxilium eis obtulit.

Apostolus unionis Congressus Velehradensis

Cum ardentissimo amore metropolita Šeptyckyj ad sanctum opus Unionis accedebat. Generosa cum audacia quaerebat vias ad unitatem ecclesiarum, rem istam subtiliter vario sub aspectu pertractabat. Ex theoretica et practica sua peritia principia sic dicta „irenica“ formavit: Fratribus dissidentibus oportere nos quam proxime obviam ire, quantum scilicet possimus. Metropolita secundum ideas irenicas postulavit, ut ritus Orientalis cum rito Latino aequi iuris esset. Item aegre ferebat varias mutationes in ritum Byzantino-slavicum invectas neglegentiamque a christianis occidentibus ad ritum Orientis non raro manifestatam. Ipse magna cum persuasione ostendebat ecclesiam orientalem habere tot bona spiritualia pulchraque elementa propria, ut nihil ab ecclesia occidentali mutuari deberet, quod ipsa non haberet. Ex altera autem parte christianos dissidentes, si cum catholicis iterum uniti essent, unione nihil amissuros esse, sed e contrario intus magnopere locupletari posse. Apud dissidentes quidem magnum esse thesaurum mysticum, patristicum, asceticum, theologicum, praecipue divinam liturgiam, pulcherrimis symbolis abundantem, quae omnes alias liturgias in Ecclesia usitatas magnifica forma et profundissimo argumento theologico excedat. Ideo falsum insanumque fore, ut fratres separati cum unione etiam diversas orationes mere Latinas aliquosque modos pietatis exercendae specialiter occidentales suscipere cogantur. Denique imprudentissime agere eum, qui in unione instauranda vim ad ritum Latinum suscipendum adhiberet. (Vide Irenikon a. 1926!) Momentum unionis consistere in mutua locupletatione spirituali utriusque ecclesiae sine earundem proprietatum.

peculiarium detimento. Loqui igitur de conversione ecclesiae orientalis numquam posse. Quod metropolita in Conventu Velehradensi a. 1909 hisce verbis expressit: „Ab antiquissimis temporibus numquam ecclesia catholica locuta est de conversione, sed de unione ecclesiae orientalis. Sunt convertendi haeretici, sed hi sunt non solum secundum principia nostra, sed etiam secundum principia ecclesiae orthodoxae, secundum ecclesiam septem conciliorum, haeretici; et sic loquimur de unione ecclesiarum et de conversione peccatorum et haereticorum.“ (ACV II, 11.) —

Clarissime exstat hic assidus propagator sanctae ideae Unionis in Conventibus Velehradensibus, quarum „primus movens“ ille una cum archiepiscopo Olomucensi Stojan erat. Munere praesidis primi secundique Conventus fungens non pepert laborem, ut solum hi conatus hominum alioquin infirmorum, sed tamen bonae voluntatis, effectus quosdam praticos haberent. Simul semper verba s. Pauli ad Corinthios scripta memoria tenebat: „Plantavimus enim, sed Deus incrementum dedit.“ (I. Cor. 3, 6.)

Primus Conventus celebratus est diebus 25. usque 29. Julii a. 1907 metropolita Andrea praeside. Aderant 76 theologi et natione et munere statuque diversi (ex. gr. Grivec, Urban, Snopek, Haluščyňskyj, Fjodorov, Menini, Reyl, Stojan). Excellentissimus dominus praeces brevi alloquo momentum quaestionum in Conventu tractandarum bene ostendit: *Neglecta sunt sananda, opiniones corrigenda.* Simul praecipue explicavit, quid distinguendum sit in investigatione viarum ad unionem. Dicit: „Si consideretur doctrina ecclesiae orientalis vix ac ne vix quidem quidquam est, quo a doctrina ecclesiae catholicae discrepet. Quo enim tempore discidium inter ecclesias ortum est, dogmata omnia communia erant, utraque pars ecclesiae erat orthodoxa. Tempore precedente catholica ecclesia nonnulla decrevit, quae tamen ecclesia orientalis neque ponit neque negat, cum solum ea teneat, quae in primis septem conciliis oecumenicis constituta sunt, ita ut orthodoxus, qui velit primatum Romani Pontificis agnoscere, secundum principia ecclesiae orientalis reprehendi non possit. Pernecessaria enim est distinctio inter doctrinam ecclesiae orientalis et doctrinam theologorum orientalium. Alia sane legitur doctrina saepe in libris theologicis, alia auditur in ecclesiis, alia usu manifestatur — et alia est doctrina ecclesiae. Haec enim ea est, quam tota communitas ecclesiastica vel potius omnes communitates ecclesiasticae ecclesiae orientalis a Roma separatae ponunt. Quae est secundum principia maxime fundamentalia, in symbolicis libris omnibus exposita, doctrina septem conciliorum oecumenicorum. Unde doctrina ecclesiae orientalis a doctrina ecclesiae catholicae secundum illius principia et, ut ita dicam, iure dogmatico non aliter differt quam doctrina ecclesiae catholicae saeculi noni a doctrina eiusdem post decem saecula, cuius dogmata iam tunc in nucleo extabant. Unde ostendi potest nos catholicos multo proprius accedere ad veros orthodoxos, quam illi theologi orientales accedant, qui a vera orthodoxa doctrina et disciplina antiquae ecclesiae recedunt.“ (ACV I, 5.)

„Semina in primo congressu sparsa non perierunt, sed omnipotentis Dei

gratia radices egerunt fructusque bonos tulerunt: In periodicis foliis (*Velehradskij Věstnik, Slavorum Litterae Theologicae*) theologorum disputationes in lucem prodierunt, in quibus quaestiones Velehradi motae vivide tractabantur, ut Slavi occidentales ad cognitionem rerum Russicarum magis allicerentur.“ (ACV II, 14.)

Quibus verbis praeses secundi Conventus demonstrat, studia primi Conventus irrita non fuisse.

„Inter theologos orthodoxos fiducia erga nos crevisse videtur, alii Conventui hodie intersunt labores nobiscum ferentes (Malcev et Goeken), alii venire desiderantes impediti sunt.“ (ACV II, 15.)

Unio ecclesiarum magna tantum caritate erga Christum promovetur. Sic etiam metropolita habens in corde suo verba s. Pauli: „Caritas Christi urget nos“ (II. Cor. 5, 14) accedit circiter 130 convenientes et hospites una praecipua sententia: „utrimque caritate Christi muniti non ea quae nos separant quaeramus, sed ea quibus unimur.“ (Ibidem.)

Attamen quidam theologi dissidentes non satis intellexerunt viam perlongam, quam Conventus Velehradensis sequebatur, opinantes Conventum esse quandam congregationem, quae ad religionem catholicam in Russia propagandam ordinata missionem et missionarios praeparat et dirigit. Hanc suspicionem metropolita praeses amovit dicens: „Certe omnes nos ecclesiarum unionem cupimus vehementer, at via nostra nosterque procedendi modus a directa doctrinae catholicae propaganda longe differt. - Hoc unum tantummodo cupimus, ut mutua caritas, necessitudo, concordia quaedam et familiaris usus inter utramque partem vigeat, ut loco contentionis polemicae, quae saepe contra adversarium fictum tela ictusque dirigit animosque tantum irritat, seria discussio, studium, scientificus labor paulatim introducantur.“ (ACV II, 15, 16.)

Similiter inter catholicos divulgata est opinio Congressus Velehradenses panslavismi promovendi gratia esse institutos. Ne hoc quidem gravissimo opprobrio ardor animi metropolitae et omnium consociorum ipsius minuitur. In fine pulchrae orationis respondet: „Absit a nobis, ut sacrosancto operi fidei universalis, operi unionis ecclesiarum, res misceamus et causas politicas. Finis noster idem est ac Christi Domini fuerat, ut omnes unum sint - finis noster, quem orationem, labore, sacrificiis assequendum esse opinamur, ut expleatur tandem Christi prophetia atque fiat unus pastor et unum ovile motivum autem nostrum agendi Christi caritas.“ (ACV II, 16, 17.)

Tertius Conventus diebus 27. usque 29. Julii a. 1911 congregatus a Stojan tunc temporis collegati capituli ad s. Mauritium Kroměřížensis praeposito dirigebatur, cum metropolita Šeptyckyj, morbo pedis vulnerati domi detentus, praeses honorarius esset electus. Conventi aderat etiam russicus theologus unitus Fjodorov.

In IV. Conventu diebus 31. Julii usque 5. Augusti a. 1924. celebrato, cui Nuntius Apostolicus Pragensis, archiepiscopus Franciscus Marmaggi aderat, lecta est epistola excellentissimi metropolitae Andreeae, quam ipse ad archiepiscopum Olomucensem dr. Leopold Prečan miserat, omnium magna cum

commotione magnoque applausu percepta. De qua hic gravissima quidem fragmenta proferimus:

„In pace! Excellentissime Princeps!

Undique convenerunt, quibus causa cordi erat. Hospitalissimus clerus dioeceseos Olomucensis, Moraviae populus piissimus, opportunissimus locus atque antiquitate venerandus et omnibus Slavis carus, ipsius operis indolens, quae caritatem et pacem quodammodo spirant — omnia haec congressibus Velehradensibus tantam iucunditatem semper dabant, ut amicorum potius crederes interesse coetui vel fratrum conventui, quam doctorum congressui.

Praeterea Excellentia Vestra litteris in visitatione canonica datis certiori me reddidit me consentiente Excellentissimo Apostolico Nuntio designatum esse congressus praesidem actualem. Quae gratia et insignis Excellentiae Vestrae in me benevolentia adauxit meum veniendi desiderium, adauxit obligationem tanto respondendi honori.

Conditio tamen, in qua sum, condicio dioeceseos meae, ea est, ut nulla ratione hoc desideratissimum iter suspicere sinat. Spero fore, ut e dioecesi Leopoliensi aliquot sacerdotes in Congressum veniant, qui Excellentiae Vestrae condiciones, in quibus vivimus, describent, de quibus his litteris nil dicere audeo, ne litterae in via pereant. Sincerissime hac de re doleo, voluntatem tamen Dei in his rerum adiunctis agnoscere debeo. Nihil aliud mihi remanet faciendum, nisi Congressui faustissima quaeque adprecari:

„Deus autem pacis conterat Satanam sub pedibus vestris velociter!“ Cum sensibus et affectu intimae venerationis, gratitudinis et fraternae caritatis permaneo Excellentiae Vestrae infimus in Christo servus et frater

Leopoli 27. Julii.

† Andreas Archiepiscopus.“

(ACV IV, 188—190.)

Quinto congressui diebus 20. usque 24. Julii a. 1927 celebrato metropolita Andreas iterum personaliter aderat. Magni momenti verba hic protulit de substantia schismatis, de omnibus conatibus unionisticis theologorum, de unica via ad unitatem fidei: „Schisma, scissio numquam nata est ex inquisitione et cognitione veritatis, sed potius imprimis, praecipue ex passionibus humanis. Quidnam melius posset sedare odia, dissensus, passiones ac praesertim sacra theologia, quae est in seipsa elevatio mentis in Deum. Verum quidem est, hoc opus unionis non semper posse evitare ac removere omnem permotionem animorum. Homines enim iam tales sunt per suam naturam, ut nonnulla dicant, proferant cum quadam vehementia, quedam loquantur minus clare, minus comprehensibili modo. Sed theologi possunt et debent loqui, debent uti sermone pacis et claritatis, verbis concordiae et caritatis. Et tandem aliquando etiam quaestiones tales, quae per se commovent et ad quandam perturbationem inclinant, potest theologus ita proponere, ut quam minime offendant mutuam caritatem, et tamen optime exprimuntur. Ecce, quam maximi momenti cam-

pus aperiatur praeprimis sacrae theologiae in laboribus circa unitatem ecclesiarum restituendam.“ (ACV V, 64, 65.)

In fine perorationis suae ostendit sincerum amorem erga Velehradium et filialem fidelitatem ad S. Sedem. Magno cum fervore motuque animi Velehradium relinquens dicit: „Idea ss. Cyrilli et Methodii, vexillum hoc unionis, erat propria etiam idea s. Josaphat, martyris. Ab eis discamus, quomodo per caritatem erga Christum, erga proximum quam plurimos filios lucrifaciamus Matri Ecclesiae. Cum lacrimis, - dico quod sentio - cum lacrimis gratitudinis discessuri sumus iam, gratitudinis erga B. Patrem, communem patrem omnium christianorum, et erga omnes illos, qui nobis hos pulcherrimos dies paraverunt. Discedemus, vale dicemus, attamen Deo favente, post tres annos iterum revertemur. Nam qui semel Velehradium visitaverit, iterum libentissime huc revertetur.“ (Ibidem.)

Propagator unionismi in tota fere Europa christiana.

At Conventus Velehradenses sunt tantum exigua pars copiosae activitatis metropolitae Leopoliensis pro re certissime divina ardantis: „Ut omnes unum sint.“ Immo vero in ipsa Russia tempore ante bolševisticam revolutionem multos amicos ideae unionisticae acquisivit, qui centra fecerunt. Existentia huius motus a. 1917 officialiter approbata est. Attamen mirum nobis non videtur, talia audacter conata, sicut omne opus bonum in hoc mundo, inimicos excitavisse impedimentaque invenisse. Fortis metropolita propter suam fidelitatem ad ecclesiam graecocatholicam praeprimis imperio Russico displicebatur, propterea a. 1914 in Russiam deportatus est (deportationem Russicus generalis Brusilov mandavit). Tenebatur autem in Kijev, Nižnij Novgorod, Kursk. In urbe Kursk aliquamdiu, usque in finem a. 1915, commoratus est licebatque ei legere tantum tres libros sequentes: Molitvoslov, Epitome Theologiae Moralis Universae, Compendium Theologiae Moralis (Lehmkuhl S. J.). Postea translatus est in Suzdal, ubi diu custodiebatur in monasterio Sanctissimi Salvatoris, ab Euthymio Suzdaliensi saec. XIV. fundato „Spaso-Eufimjevsij“. Tristis erat Pascha a. 1916 in Galicia sine pastore. Omnes incolae Galiciae cum lacrimis salutabant suum Patrem in Russia in carcere detentum dicebantque: „Christos voskrese, Voistinu voskrese!“ - Christus resurrexit, vere resurrexit! Tantopere ipsum diligebant... In Pascha a. 1917 initio revolutionis in libertatem vindicatus in Petrograd (nunc Leningrad) profectus est. Ibi degebat apud romanocatholicum episcopum nomine Cieplak praesidebatque congressui cleri Russici urbis huius. Deinde mense Octobri a. 1917 domum reversus Leopoli a populo suo gaudenter dono honorifico salutatus est: summa 312.491,50 coronarum austriacarum tamquam „Fundatione metropolitae Andreae com. Šeptyckyj pro orphanis Ucrainicis“. Metropolita subito specialem societatem ad orphanorum curam gerendam creavit.

Tempore redditus archiepiscopi Andreae in patriam ipsius libera res publica Ucrainica oriri incipiebat. Simul cum libertate politica oriebatur etiam nova organisatio rerum ecclesiasticarum. Duae factiones exsistebant illo tempore

znter Ucrainos: una vidit patriarcham suum in metropolita Moskovieni Antonio (Chrapovickij), altera maluit plenam autonomiam ecclesiasticam - autocephaliam Ucrainicam. Qua in re curabat praecipue praefectus regionis Ucrainicus Skoropadskij, qui metropolitam Andream ut patriarcham totius Ucrainae introducere conabatur. Tunc quidem archipraesul Andreas *pastoralem prudentiam et catholicum animum* maxime ostendit, cum ad ea responderet: „Non possum accipere hunc ecclesiasiticum gradum secundum normas canonicas, ne eo christiani orthodoxi ad accipendam unionem moraliter cogerentur. Hanc rem decernit caput visibilis Ecclesiae solum.“ At politica divisione Ucrainae in partem Polonicam et Russicam idea illa perdita est. Attamen ipse metropolita Andreas caput populi Ucrainici agnoscebatur, quia solus fortiter iura suae nationis a Polonis defendebat. Item separabat seipsum a Polonis catholiceis ad unionem introducendam vi utentibus. Sic ex. gr. a. 1938 demolitionem ecclesiarum dissidentium in Polonia in epistola sua pastorali acerrime impugnabat.

Qua propagator unionismi metropolita Andreas super omnes episcopos Orientis eminet. Saepe veniebat inter catholicos occidentales, praeprimis bona societate coniungebatur cum ordinibus religiosis Latinis, attentionem et amorem erga Orientem excitabat, de gravioribus quaestionibus unionisticis disputabat proponebatque consilia ad unionem ecclesiarum promovendam. Die 18. Februarii a. 1921 Romae orationem de munere christianorum occidentalium in opere unionis habuit. Similiter anno 1923 Romae in monasteriis Latinis verba de unione fecit, quae etiam in parvo libro (14 paginae) „Renovatio Slavicae religionis monachorum“ scripsit, ubi monachos regulae s. Benedicti et monachos Studitas admonuit, ut ex eis sicut ex fonte animus caritatis unitatisque exiret. Talis zelus unitatis etiam in Belgum penetravit. Metropolita enim saepe visitabat monasteria Ordinis s. Benedicti ibique conferentias unionisticas habebat. Itaque initiator motus unionistici in Belgio factus est. Unus ex auditorum ipsius D'. Lambert Beaudoin, vir doctus et sanctus, a papa sanctae memoriae Pio XI. Romam in Collegium s. Anselmi vocatus est. Item Pio papa XI. incitante Beaudouin a. 1925 Collegium nomine D'Amay, Chevciogue, centrum studiorum unionisticorum in toto Belgio fundavit. Ibi ab a. 1926 usque nunc folia periodica „Irénikon“ eduntur. Quae quidem praeclarae conferentiae, praeprimis in Bruxelles habitae, non parvam similitudinem cum conventibus Velehradensibus habent. - Metropolita Andreas pontificalem missam ritus Orientalis saepius in diversis terris celebrabat, sermonem de psychologia Unionis habebat, „irenicas“ sententias suas ardenter proclamabat, cooperatores amicosque rei divinae congregabat. Omnes fideles omnis nationis praecipue insolita bonitas cordis eius paterni constanter permovebat attrahebatque.

Tranquilla mors boni pugnatoris magnique victoris.

Cum autem Galicia ultimo bello a Germanis occupata esset, archiepiscopus Šeptyckyj acerrimo animo eis restitit, praesertim autem gregalem incarcerationem Judaeorum inhumanamque vexationem Ucrainorum improbavit. Sola

benevolentia populi et amore omnium erga bonum Patrem, metropolitam sē nem protegebatur, ne a Germanis in carcerem coniceretur. Grmani einm timebant magnam excitationem populi Ucrainici. At venerabilis „patriarcha“ nationis Ucrainorum etiam victorem exercitum Russorum Leopolim proficiscentem videbat.

Paulo post die 1. Novembris a. 1944 senex 80 annorum, episcopus graecocatholicus 45 annos fungens, metropolita 44 annos, *qua hostia pura pro unione ecclesiarum* (vide folia periodica „Apoštolát sv. Cyrila a Metoděje“, 1947, p. 29) obdormivit in Domino. -

Exsequiae corporis magni metropolitae celeberrimae erant: Omnes tere episcopi catholici utriusque ritus, etiam dissidentes e Russia, aderant, ut sinceram pietatem gratumque animum erga ipsum praestarent. Immo vero ipsum imperium sovieticum permultas personas de regimine civili delegavit ipseque generalissimus J. V. Stalin coronam florum ad exequias misit. Mortuo metropolita Andrea tota Ucraina catholica Patre orbata est. Credimus tamen eam habere etiam potentem intercessorem apud Deum. *Jos. Drozd.*

† LEOPOLDUS PREČAN, METROPOLITA MORAVIAE, PRAESES
ACADEMIAE VELEHRADENSIS 1939—1947

Renovantes editionem Actorum Academiae Velehradensis interruptam tempore, quo inter arma siluerunt Musae, justam, gratamque memoriam facere debemus defuncti Archipraesulis Olomucensis, Dris Leopoldi Prečan, qui cum dignitate successoris sancti Methodii et curam laetissimam suscepit et usque ad mortem gessit pii operis Apostolatus a ss. Cyrillo et Methodio. Festo sti Josaphati (14. Novembris) 1923 coram pleno coetu centralis ACM solemnem emisit declarationem, se vestigia antecessoris sui Dris Antonii Cyrilli Stojan, primi ac meritissimi praesidis ACM, libentissime secuturum esse. „Operi s. unitatis Ecclesiae omnes vires meas impendere cupio simul et influxum munieris mei archiepiscopal. Dr. Stojan tamquam stella mihi praelucebit... ut omnes viae nostrae Velehradium tendant. Programma a Dre Stojan coeptum et statutum nequaquam immutantes ad effectum deducere conabimur.“

Quae solemnis promissio inauguravit proximam jam praeparationem IV. conventus unionistici, qui sollertissimo labore et amore archiepiscopi Dris Leopoldi Prečan suffultus ipsum moderatorem ac praesidem conventus aptissimum ostendit applaudentibus viris doctissimis e variis nationibus necnon immensa fidelium multitudine Velehradii congregata. Has felicissimas primicias unionistici laboris subsecuti sunt ulteriores conventus Velehradenses anno 1927, 1932 et 1936, prouti et cursus orientales Labaci 1925 et Pragae 1929 eodem moderatore et praeside archiepiscopo Dre Prečan magno cum successu absoluti ita ut Velehradenses conatus Ecclesiae Unitatem foventes adiuvante Sede Apostolica oecumenicitatem quandam assecuti sint.

Quod ut efficaciori modo fieret, multum contulerunt editiones Actorum Conventum Velehradensium prouti et Actorum Academiae Velehradensis, maxima munificentia Praesidis et ACM et AV Dris Leopoldi Prečan procuratae. Nomen archipraesulis optimi, qui vivus fidei et scientiae occulte inservire voluit ad tuendam et firmandam preciosissimam haereditatem Slavorum Apostorum in patria nostra, dignum est, ut ipso mortuo gratissime commemoratur tamquam nomen unionistici maecenatis in Actibus A V hisce renovatis.

Divinus autem fidei Auctor et scientiarum Dominus defuncti zelatoris amorem et laborem pro Unitate Ecclesiae impensam Ipse perficiat felicissima atque aeterna adunione in coelis.

Fr. Jemelka.

ANNALES

*De Congressu unionistico Velehradii in Moravia ao. 1946
celebrato.*

Diebus 11.—14. Augusti anni 1946 antiqua traditio congressuum Velehradensium iterum revixit. Variis, at non omnibus difficultatibus postbellicis superratis possilitas instituendi conventum saltem paucorum virorum peritorum tamen arrisit. Etsi omnis apparatus solemnis et ceremoniae — absentibus ex alienis terris hospitibus — defuerint, tamen praesentes homines ex conferentiis et scientificis dissertationibus in hoc conventu institutis animum pleno corde hauriebant.

Dissertationes in hoc congressu habitas in quatuor partes dividere licet: 1^o. *De unionismi Velehradensis origine, duratione, vigore.* De hoc themate Magnificus proreector Universitatis Palackianae Olomucensis Dr. Franciscus Cinek disseruit, ostendens, Velehrad spirituale nostrum programma religiosum nec non nationale per saecula fuisse et nunc esse et in futuro manere. — De condicionibus unionismi tempore Antonii Cyrilli Stojan, sanctae memoriae, Dr. h. c. Franciscus Jemelka, Canonicus Olomucensis, vir de idea Unionis optime meritus, sermonem fecit.

2^o. Secunda pars dissertationum *fructus historicos et hodiernum statum* laborum unionisticorum p[re] oculis habuit. Clarissimus doctor Nicolaus Russnák ex Universitate Bratislaviensi in Slovacia de relatione Summorum Pontificum ad Unionem agebat eorumque sincerum amplexum ideae ispius detegebatur. Cui auctori persuasum et tam ex graecis quam ex veteroslavicis liturgiarum documentis probatum est hominibus sincerae voluntatis nulla Unionis exstare impedimenta: iam nunc Unionem realizare possent, si vellent! — In historico exemplo Unionis in Brest-Litovsk factae professor Instituti Orientalis Romae Dr. Joseph Olšr condiciones sociales et religiosas et politicas tunc temporis, quae ad faustum effectum suo modo contribuerunt, pulcherrime depinxit. Fructum individualis unionis cum Ecclesia catholica in classico exemplo Vladimiri Solovjev, illius genialis philosophi Russici, Dr. Ivan Mastylak CSSR demonstravit.

3º. In tertia parte dissertationum veniunt illustrissimi domini referentes ad *originem fidei christianaे in Moravia et Bohemia*. Scientificis deductionibus ductus Dr. Josef Vašica ex Universitate Carolina Pragensi antiquissimum characterem liturgiae veteroslavicae in sic dicta liturgia S. Petri detexit. Quam liturgiam radicaliter in ritu Romano fundatam orationibus byzantinis tantum completam esse cl. Vašica clare ostendit. En, - ut verbis clarissimi professoris utar - classicum exemplar synthesis Orientis et Occidentis, quod etiam pro hodierno tempore haud sine momento est! - Dr. Ota Poláč de organisatione provinciae ecclesiasticae Magno-Moraviensis respectu habito legum consuetudinumque tunc temporis vigentium disseruit. - S. Cyrillum peritissimus Dr. Franciscus Grivec, professor Labacensis, argumentis ex Pochvala (i. e. Laudatione) S. Cyrilli sumptis fultus iterum et noviter laudavit. - Novam organisationem laboris unionistici Dr. Antonius Salajka, docens in Universitate Carolina, adumbravit. - De propensione quadam ad synodalismum, qui lingua Russica „sobornost“ sonat, tamquam vera ac principali causa schismatis Orientalium, doctissime disseruit Dr. Joannes Jaroš CSSR. - Ecclesiae byzantinae artem sacram eiusque animum copiose illustravit Dr. Josef Myslivec; quam artem perpetuam orationem ad laudem Dei Omnipotentis appellare non haesitavit.

Tandem duo domini sua themata *ex recentiore tempore sumpsierunt*. Dr. Franciscus Cinek, iam laudatus, totam historiam orthodoxiae bohemoslovenicae inde ab ipso origine incipiens perstrinxit. Est etiam, at male intellecta unio! De materialismo dialectico, quem vocant, uti recentissima falsa opinione Dr. Fredericus Vašek Olomucensis disseruit.

Qui labores scientifici oratione conclusi sunt, ut Deus O. M. tempora tranquilla concederet, sub quorum coelo sereno labores Unionem ecclesiarum intendentes continuari possent.

*De Conventu pro Unione ecclesiarum commemorativo ao. 1947
Velehradium convocato.*

Ne exspectaveris, lector benevole atque fautor, me tibi pro hoc anno plura et laetiora, quam pro praeterito factum sit, de solemni laborum unionisticorum in Velehrad prosecutione referre posse. Angustia temporum et egestas multimoda suetam celebrationem congressum unionisticorum prohibuit. At sublimis idea, quae ecclesiarum Orientis schismatici unionem cum ecclesia Romana intendit quaeque in sua specificatione Slavica in pago et monasterio Velehrad in Moravia orta atque optime exculta erat, hoc anno 1947 saltem „commemorationem solemnem“ obtinuit.

Agentibus scilicet multis in parte laboris unionistica ab annis operam navantibus viris, diebus 11.—13. Septembris qui est quadragesimus a primo congressu celebrato (1907), gratias Deo exhibentes pristinorum dierum laborumque memoraremus. Venerunt et nonnulli externi, ut una nobiscum genesim congressum, quorum fama iam per totum mundum divulgata est, glorificarent. At non solum panegyricos et vanos sermones instituimus, sed ideam ipsam et materiam ulterius devolvi contigit. Quantum ad hunc finem discussiones contribuerint, ex sequenti praelectionum materia patebit.

1. Dr Franciscus Grivec, Ljubljana: De SS. Cyrillo et Methodio qua apostolis unitatis oecumenicae.
2. P. Antonius Prešeren, Roma: De momento religioso Congressum Velehradensium.
3. Dr. Theophilus Spáčil, olim Roma; Habuerintne Congressus Velehradenses saltem aliquem effectum practicum, annon?
4. Dr. Franciscus Cinek, Olomucium: Localisatio unionismi Cyrillomethodiani cur Velehradii?
5. Dr. Franciscus Glaser, Bern, Helvetia: De unionismo Velehradensi, qualis se praebet oculis exterorum, qui neutrales sunt.
6. Dr. Ota Polách, Brno: De diversis conceptionibus organisationis ecclesiasticae tempore S. Methodii et S. Adalberti.
7. Dr. Franciscus Grivec, Ljubljana: De sanctitate Cyrilli et Methodii.

8. Dr. Franciscus Cinek, Olomucium: Fundamentum, quod Velehrad Slavorum apostolorum nunquam deseruit.

9. Dr. Joseph Vašica, Praga: De translatione Sti Clementis, ex testimoniis veteroslavivis.

10. Dr. Ota Poláč: Legenda Bulgarica.

Concedat Deum O. M., ut conventus hic commemorativus, utut modestus, Foebus sit postbellicus, cuius ignis ne hisce quidem tristissimis dissensionum temporibus extinguatur.

NOTAE BIBLIOGRAPHICAE ET RECENSIONES 1939 - 1946

Commercio litterarum et scientiae tempore belli graviter impedito ne periti quidem conspectum completum et perfectum de progressu laborum scientificorum sibi comparare potuerunt. Quamvis autem res bello mundano finito

pristinum statum redactae non sint permultaque adhuc obstacula labores scientificos impedian, huiusmodi difficultatibus ex parte saltem occurere cupientes, conspectum quandam bibliographicum annorum 1939—1946, minime completum neque perfectum dare statuimus. Cum Academia Velehradensis sectionem Cyrillo-Methodianam, Orientalem et Occidentalem habeat, eundem conspectum in tres dividimus partes ab hisce sectionibus nuncupatas.

Abbreviationes:

AAV — Acta Academiae Velehradensis, Olomouc.

ACM — Apoštolát sv. Cyrila a Metoděje, Olomouc.

ČČF — Český časopis filologický, Praha.

ČČH — Český časopis historický, Praha.

ČKD — Časopis katolického duchovenstva, Praha.

ČMF — Časopis pro moderní filologii, Praha.

ČMM — Časopis Matice Moravské, Brno.

LF — Listy filologické, Praha.

NH — Na hlubinu, Olomouc.

OCA — Orientalia Christiana Analecta, Roma.

OCP — Orientalia Christiana Periodica, Roma.

VC — Vita Constantini Palaeoslavica.

VM — Vita Methodii Palaeoslavica.

I SECTIO CYRILLO-METHODIANA

1. BIBLIOGRAPHIA.

M. POPRUŽENKO ST. ROMANSKI: Кирилометодиевска библиография за 1934-1940 год. (Bibliographia Cyrillo-Methodiana annorum 1934-1940.) Sofija 1942. Bulgarska akademija na naukite i izkustvata. Kirilometodievska kamisija. Pag. XXVIII + 169 + 1.

Continuatur et completur bibliographia a G. A. Il'jinskij collecta et a. 1934 ab eadem Academia Bulgarica edita. Nova haec bibliographia, 878 numeros continens (num. 560 et 561 desunt), quamvis in pluribus minus exacta et incompleta appareat (cf. quae Josef Kurz in ČČF 2, 1943-44, pag. 83-87 corrigit vel addit), tamen pro omnibus, qui rebus Cyrillo-Methodianis occupantur, utilissima est.

K. HORÁLEK: *Z nového bádání o otázce cyrilometodějské.* (Quae-dam nova e studiis Cyrillo-Methodianis.) ČMM 65, 1943, pag. 112-142.

Breviter recensentur et crisi subiciuntur graviores libri et articuli de rebus Cyrillo-Methodianis inde ab a. 1934 usque 1941 editi novique fructus scientifici referuntur, praesertim de iis, quae ss. Cyrillus et Methodius vel ipsi concinnaverunt vel e Graeco verterunt, deinde de partibus Bohemorum in cultura Cyrillo-Methodiana saeculo IX. et subsequentibus acceptanda, prænovenda atque propaganda, denique de aliis quaestionibus, maxime palaeographicis. Nomina præcipuorum auctorum, qui memorantur, sunt: Trifonov, Georgiev, Ivanov, Pavić, Kostić, Vašica, Vajs, Weingart, Grivec, van Wijk, Pogorělov, Jansen (Jakobson), Chaloupecký, Nahtigal, Weidhaas, Lehr-Splawiński, Orel, Ohijenko, Koschmieder, Hamm, Hocij.

2. QUAESTIONES HISTORICAE ET ARCHAEOLOGICAE.

a) Fontes.

VÁCLAV CHALOUPECKÝ: *Prameny X. stoleti legendy Kristiánovy o svatém Václavu a svaté Ludmile.* (Fontes saeculi X. legendae de s. Venceslao et s. Ludmila a Christiano scriptae.) In: Svato-václavský sborník, vol. II, pars. II. Praha 1939. Pag. 630 + 10.

Opus præstantissimum, ubi legendae antiquissimae de s. Venceslao narrantes diligentissime denuo investigantur, earum mutua dependentia et relationes statuuntur, fontes deperditi reconstruuntur et maximum momentum traditionum Cyrillo-Methodianarum, imprimis liturgiae Slavicae pro historia Bohemica saeculi X. usque ad finem saec. XI. ostenditur. Praesertim authentia legendae Christiani monachi, a clarissimo historico Bohemico Pekař olim fortissime et magno cum successu propugnata, novis argumentis fulcitur. Novissime vero thesim oppositam defendit Rudolf Urbánek in libro „Legenda t. zv. Kristiána ve vývoji předhusitských legend ludmilských a václavských a její autor.“ (Legenda sic dicti Christiani in evolutione legendarum de s. Ludmila et s. Venceslao ante aevum Husiticum scriptarum considerata eiusque auctor. Tomus I, pars I, pag. 216; tomus II, pars I, pag. 158 + 2. Praha, Česká akademie věd a u. 1947.). Quaestionem de authentia legendae Christiani, quae non est mimimi momenti pro historia Cyrillo-Methodiana, fusius pertractabimus, ubi primum opus clarissimi Urbánek ad finem perducendum erit. Animadversiones graves ad opus clarissimi Chaloupecký etiam recensentes Jan Vilikovský (Naše věda 20, 1941, 81-94; Řád 7, 1941, 199-205) et Karel Doskočil (Řád 7, 1941, 37-48) protulerunt.

EMIL GEORGIEV: *Die italienische Legende.* Sofia 1939. Pag. 90.

Antiquissimis fontibus Cyrillo-Methodianis cum legenda sic dicta Italica comparatis concludit auctor legendam Italicam infra decennium post mortem

s. Constantini-Cyrilli s. Methodio adhuc vivente esse scriptam eodem fere tempore, quo VC est concinnata, in eaque partem operis contineri, de quo Gaudericus in praefatione Ioanni papae VIII. dicata loquitur.

VELČO VELČEV in foliis periodicis „Slavjanski Glas“, an. 31-33, lib. 1-6, pag. 6-15, Sofia 1937-1940

scribit de auctore Vitarum C. et M., quem Slavum, genere Bulgarum existimat, cuiusque sensum Slavicum seu conscientiam nationalem Slavicam probare vult.

FR. GRIVEC: *O avtentičnosti poslanice Hadriana II. leta 869.* (De authentia epistolae Hadriani II. a. 869.) Jugosl. istor. čas. 5, 1939, 1-39.

Contra dubia a nonnullis historicis mota auctor probat rationes pro interpolatione vel falsitate litterarum „Gloria in excelsis Deo“ fundamento carere, et insuper gravia argumenta pro earum authentia proponit.

FR. GRIVEC: *Dve pismi papeža Hadriana II. knezu Koclu in Hadrianov slog.* (De duabus epistolis Hadriani papae II. ad principem Kocel et de stylo Hadriani.) Glasnik Muzejskega Društva za Slovenijo, 22, 1941, 65-67.

E comparatione duarum epistolarum Hadriani papae II., quae in VM 8 leguntur, cum aliis epistolis eiusdem papae e PL 122, 1259-1318 notis auctor concludit ambas supra dictas epistolas primitus e lingua Latina in Graecam translatas esse earumque textum Palaeoslavicum a Graeca versione pendere et cum aliis epistolis Latinis Hadriani papae concordare tum in ideis et terminis, tum in stylo, quo authentia earundem confirmatur.

FRANCISCUS GRIVEC: *Vitae Constantini et Methodii. Versio Latina, notis dissertationibusque de fontibus ac de theologia ss. Cyrilli et Methodii illustrata.* AAV 17, 1941, 1-127, 161-227.

Versio Latina VC (pag. 51-99) et VM (pag. 100-127) accuratissima, plurimis adnotationibus et citationibus biblicis illustrata datur et omnes quaectiones graviores de fontibus Cyrillo-Methodianis Slavicis, Graecis et Latinis discutiuntur (pag. 9-50). Vide etiam, quae auctor superius de nova editione huius operis scribit.

JOSEF VAŠICA in collectaneis Bohemicis „Na úsvitu křesťanství“, Pragae 1942,

versionem Bohemicam elegantem simul et accuratam VC (pag. 19-43), VM (pag. 45-54) et Sermonis panegyrici de s. Cyrillo a Clemente Velicensi scripti (pag. 56-58) brevibus introductionibus de singulis praemisis vulgavit.

Krátké sepsání o sv. Cyrilovi a Metodějovi i pokřestění země moravské a české. Obrana slovanské bohoslužby z třetí čtvrti X.

století. (Brevis notitia de ss. Cyrillo et Methodio et de baptismatione terrae Moravicae et Bohemicae. Apologia liturgiae Slavicae tertia quarta parte saeculi X. scripta.) E lingua Latina in Bohemicam vertit JAROSLAV LUDVÍKOVSKÝ et brevi introductione ornat VÁCLAV CHALOUPECKÝ. Na úsvitu křesťanství, Praha 1942, pag. 96-101.

Život a umučení svatého Václava a báby jeho svaté Ludmily od Kristiána, mnicha břevnovského, sepsaný latinsky v letech 993-996. (Vita et passio s. Venceslai et s. Ludmilae aviae eius a Christiano monacho Břevnoviensi annis 993-996 Latine scripta.) In linguam Bohemicam vertit JAROSLAV LUDVÍKOVSKÝ, brevi introductione instruxit VÁCLAV CHALOUPECKÝ. Na úsvitu křesťanství, Praha 1942, pag. 102-133.

Život a působení svatých Cyrila a Metoděje. Legenda „Tempore Michaelis imperatoris“ aneb Legenda moravská“, sepsaná po latinskú v Čechách, nejpravděpodobněji v druhé polovici XI. století. (Legenda „Tempore Michaelis imperatoris“ seu „Legenda Moravica“ in Bohemia verosimillime altera dimidia parte saeculi XI. Latine scripta.) In linguam Bohemicam vertit JAROSLAV LUDVÍKOVSKÝ, introductione ornat V. CHALOUPECKÝ. Na úsvitu křesťanství, Praha 1942, pag. 153-160.

b) *Historia ss. Cyrilli et Methodii.*

FR. GRIVEC in Glasnik Muzejskega Društva za Slovenijo, an. 20 (Zbornik ob stoletnici Društva 1839-1939), Ljubljana 1939, pag. 168-179 (Bohemice vertit Dr Jan Špringer in ACM 31, 1940, 108-112, 148-150, 161-166),

refutat obiectiones eorum, qui de ipsius libro „Slovenski knez Kocelj“ (Kocel, princeps Slovencus, Ljubljana 1938, pag. 300) severius iudicabant. Auctor probat primo eximiias et plane singulares partes principis Kocel in opere Cyrillo-Methodiano defedendo et promovendo, deinde Slovenicum characterem Pannoniae inferioris et Slovenicam nationalitatem Koceli, qui quamvis genere Slovacus, tamen in Pannonia inferiori a tenerrimis annis educatus Slovenicum characterem induit. E legenda Moravica probat auctor ss. Cyrillum et Methodium suam commorationem in Pannonia ad unum annum protraxisse ibique consilium cepisse Romam petendi. Comparatis diversis fontibus Cyrillo-Methodianis denique concludit s. Methodium iam 869 Romae episcopum ordinatum esse et qua talem ad principem Kocel cum epistola „Gloria in excelsis Deo“ missum esse.

VELČO VELČEV Константинъ - Кирилъ и Методий въ старобългарската книжнина. Първо българско царство. (Constantinus-

Cyrillus et Methodius in litteris Veterobulgaricis. Primum regnum Bulgaricum.) Sofia 1939. Pag. 167.

Magna merita ss. C. et M. secundum VC et VM, sermones panegyricos et secundum scripta Ioannis Exarchae et monachi Chrabri extolluntur.

B. GEROV: Къмъ въпроса за народността на Кирилъ и Методий. (Adnotata ad quaestionem de nationalitate ss. Cyrilli et Methodii.) Slavia 17, 1939-40, 38-53.

Auctor reicit ea, quae prof. Valerij Pogorělov in pluribus operibus de versione Palaeoslavica evangeliorum probare conatus est, nempe ss. C. et M. linguam Graecam non perfecte cognovisse ideoque genere Slavos fuisse. Gerov ostendit omnes proprietates versionis evangeliorum Palaeoslavicas a Pogorělov adductas primo ex ipso textu Graeco explicari posse, itaque econtra perfectam cognitionem linguae Graecae demonstrare, secundo ex imperfecta rei (non linguae) in textu biblico propositae, tertio ex erroribus librariorum (copistarum) vel e correctionibus textus posterioribus promanare.

R. TRAUTMANN: *Leben und Werk der Slawenapostel Konstantin und Method*. Zeitschrift f. deutsche Geisteswissenschaft 2, 1939, 147-157.

Status quaestiones Cyrillo-Methodianae breviter datur.

CELESTINO AMATI: *La Nazionalità di S. Clemente I. Papa e Martire e l' Invenzione delle Reliquie in Chersona*. Extractum de „Bollettino di Archeologia, Storia ed Arte“ Velletri s. id., p. 136.

VÁCLAV RICHTER: O středověké architektuře na Moravě. Od nejstarších dob do počátku 11. věku. (De architectura medii aevi in Moravia ab antiquissimis temporibus usque ad initium saeculi XI.) ČMM 65, 1943, 1-84.

In prima parte huius dissertationis (4-46) agitur de architectura aetatis Cyrillo-Methodianae in Moravia. Cum nullum monumentum conservatum sit neque in documentis scriptis ulla mentio (praeter unam in Sermone panegyrico in honorem ss. C. et. M.) de iis occurrat, auctor ingeniosa ratione e factis historicis et inventis archaeologicis multa notatu digna deducit de viis diversas partes Moraviae inter se necnon cum terris vicinis coniungentibus, de sex principalibus arcibus Moraviae antiquae (Staré Město-Velehrad, Hradisko apud Olomucium, Rajhrad apud Brunam, Pohansko apud Břeclav, Hora sv. Hipolyta apud Znojmo, Přerov), de titulis primarum ecclesiarum in hisce arcibus, de earum structura (non lignea, sed lapidea), de earum forma rotunda eiusque elementis veterochristianis, quae per influxum ss. Cyrilli et Methodii explicari possunt. Quae cum ipso auctore fatente fines hypotheseon non excedant, tamen multum ad illustrandam epocham Cyrillo-Methodianam conferunt.

JÁN STANISLAV: *Slovanská liturgia na Slovensku a sídlo Metodovo a Gorazdovo*. In: Acta Eruditae Societatis Slovaca III, Historica Slovaca I/II, Bratislava 1940/41, pag. 5-43.

JÁN STANISLAV: *Pribinovi vel'moži*. (Viri nobiles Pribinae.) In: Acta Eruditae Societatis Slovaca I, Linguistica Slovaca I/II, Bratislava 1939/40, pag. 118-150.

UNIV. PROF. Dr JÁN STANISLAV: *Slovanski apoštoli Cyril a Metod a ich činnost vo Vel'komoravskej riši*. (Apostoli Slavorum Cyrillus et Methodius eorumque activitas in regno Magnae Moraviae.) Bratislava 1945. Pag. 91 + 15 pag. imaginum. Ed. Academia scientiarum et artium Slovaca. Pretium 80.- Kčs.

J. Stanislav, professor universitatis Bratislavensis (Slovacia), auctor elegantis Slovacae versionis Vitae Constantini ac Vitae Methodii (1933), scriptor multarum dissertationum de opera ss. Cyrilli et Methodii, in libro praesente brevi perstrinxit compendio, quae de hac quaestione scientifice collegerat. Opus exaratum est tempore belli, commerciis litterarum ac scientiae impeditis. Nihilo minus uberius rationem habere potuisset illorum, quae alii auctores de his quaestionibus conscripserunt. Plurimum usus est duobus operibus professoris Dvorník (a. 1926 et 1933) et duobus meis libris (Sv. Cyril in Metod 1927; Žitja Konstantina in Metodija 1936). Sed isti mei libri populares magis quam scientifici sunt. Propterea ratio potius habenda esset dissertationum, quas in B. Vestnik, Jug. istor. časopis et alibi vulgavi. Multa aliorum quoque opera neglexit. E. gr. opus Geschichte des byzant. Staates, a G. Ostrogorsky a. 1940 editum, legere potuisset et debuisset.

Fontes Palaeoslavicicos attente perscrutatus est. Ideo eius opus grave multa laudanda continet, digna ut a historicis et philologis legantur. Hic pauca affero, ab auctore minus exacte dicta. - In opere Slovenico de Vitis Constantini et Methodii (1936) iam explicavi, „honores avitos“ esse honores Adamī ante peccatum originale. Ergo ille locus non verbis „honores avorum“ (sed: avi) vertendus est; at auctor nihilo minus „čest' predkov“ posuit (recte: predka). In dissertatione „Težka mesta“ in commentario „Linguistica Slovaca“ a. 1941 probavi, verbum usuditi in ultimo capite VM significare: corpus mortui curare (aufbahren). At Stanislav (pg. 62) vertit: „uradiac se“ - Pg. 14 scribit urbem Samarra, residentiam Arabum, parvum oppidum (mestečko) fuisse, sed ruinae testantur, in illa urbe immensa stetisse palatia. Pg. 26 scribit, ss. Cyrillum et Methodium a. 866 e Moravia Constantinopolim redire intendisse ac demum Venetiis consilium itineris mutasse gressusque Romam direxisse. Ast hodie sententia de itinere Romano, iam in Moravia intento, satis probata est. - Pg. 85 scribit, Methodium post obitum Cyrilli missale Romanum vertisse; sed probabilior est sententia, id iam a Cyrrillo factum esse.

Auctor dicit, Methodii discipulum Gorazd in Moravia mansisse (pg. 81)

cumque postea archiepiscopum Moraviae fuisse. Haec opinio tam apodictice poni non potest.

Hac auctoris opinione iam ad proprias „patrioticas“ Slovacas hypotheses transimus, quas auctor quasi systematice animo proclivo iterat. Prima talis opinio est: Nitram fuisse residentiam s. Methodii, centrum actionis ss. fratrum; Methodium probabiliter Nitrae mortuum et sepultum esse. Constat, Nitram quasi centrum Slovaciae fuisse, opera ac vestigiis ss. fratrum consecratam; at sententia, ab auctore constanter asseverata, omnino reicienda est. Nitrae episcopus Viching residebat, acerrimus ac perfidus s. Methodii adversarius. Ideo sententia auctoris historiae et iuri ecclesiastico contradicit. Approbari potest sententia auctoris, Nitram fuisse centrum persecutionis et expulsionis discipulorum s. Methodii (80-81).

Secunda huius generis sententia est, incolas Pannoniae natione Slovacos fuisse (pg. 27 e. a.). Certo constat, Kocelem principem Pannoniae, natione Slovacum fuisse, sed a puerili aetate in Pannonia educatum. Item constat, Pannoniam septentrionalem Slovacis confinem fuisse. Multa ergo et Slovacis et Slovenis communia sunt. Ast negari non potest, incolas Pannoniae, post Avarorum cladem devastatae, e Carantania immigrasse; Pannoniam saeculo IX. administratione ecclesiastica ac politica Carantaniae, antiquae Slovenorum provinciae, iunctam fuisse. Auctor ergo cum Pannonia etiam Carantanum patriae suaee annectit, ut assertionem suam demonstret.¹

Tertia talis sententia est, Gorazdum vertisse (pg. 60) preces sic dictas s. Emmerami, in glagolitico Euchologio Sinaitico (72a 1-73b 26) servatas. Philologi censem, formis grammaticis linguae non posse certo dirimi, ultrum versio in Moravia an Carantania confecta sit. Ita peritissimus R. Nahtigal in editione Euch. Sin. II. (Ljubljana 1942) pg. 209. Affinitas cum monu-

¹ Prof. Stanislav in dissertatione de viris nobilibus principis Pribinae (*Linguistica Slovaca 1939/40*, pg. 118-150) conatus est notam Slovacam Pannoniae saeculi IX. demonstrare. E 14 nominibus illorum virorum duo tantum Slovacam (Moravicam) notam prae se ferunt; alia autem nomina partim Slovenica sunt, partim Slovenis et Moravis communia. Stanislav omnia nomina, quibus ipse notam communem vel dubiam concessit, Slovacis annumerat. Inde concludit, incolas Pannoniae saeculo nono natione Slovacos fuisse. (De his scripsi in *Glasnik Muzej. društva 1940*, 63-65). Hanc valde dubiam ac partim falsam argumentationem demonstratione e nominibus topographicis fulcire conatur. Hungaricum slavistam J. Melich allegat, qui e nominibus topographicis concludit, in Pannonia saec. IX. etiam Slovacos habitasse. Historia innuente, cum principe Pribina etiam aliae familiae Slovacae in Pannoniam transfugerunt. Annis 863-873, commerciis Moravorum frequentibus cum Pannonia, non pauci Moravi probaliter migrabant in Pannioniam, cuius multae regiones fertiles fere desertae incolis erant. Saeculo decimo ineunte nexus Pannoniae (ab Hungaris occupatae) cum Carantania interruptus est. Sat multae rationes ergo suadent, in Pannonia *etiam* Slovacos habitasse, at non adeo exclusive sicut prof. St. censet. Eius argumentatio e nominibus topographicis eadem infirmitate laborant, sicut eius demonstratio e nominibus gentilitiis. Multa etenim nomina vel dubia vel Slovacis et Slovenis communia sunt. Praeterea de paucis tantum nominibus locorum demonstrari poterit, illa in saeculum IX. pertingere.

mentis Frisingensibus autem originem Carantanam commendat. Stanislav cum Isačenko censem, etiam sic dicta monumenta Frisingensia Slovenica in Slovacia aetate ss. Cyrilli et Methodii orta esse. Sed periti philologi Slavici (Jagič, Vondrák e. a.) consentiunt, textum primigenium horum fragmentorum iam ante adventum ss. fratrum ortum esse.

Prof. Stanislav huius generis sententiis de opere ss. Cyrilli et Methodii Patriae Slovacae profectum augere desiderat. Quod utique laudandum. At methodus huius studii penitus emendanda est, ne aperte contradicat arti scientiaeque ac menti ss. Cyrilli et Metodii, qui litteras omnibus Slavis communes excoluerunt, ut unitatem Slavorum et orbis christiani proveherent. Omnia solido scientiae fundamento superstruenda sunt. Magnae traditiones scientificae minime negligendae, sed diligentius perscrutandae. Multa antiquissima documenta operis ss. Cyrilli et Methodii Moravis (Slovacis) Slovenisque communia sunt. Igitur non leviter ad unum angulum vel gentem restringenda sunt, ne patriotismo perangusto ipsa scientia ac patria detruitum capiat. Amica cum vicinis communio, documentis traditionibusque historiae superstructa, patriae et scientiae utilior est, quam perangusta exclusio atque a propinquis separatio.

F. Grivec.

ST. KNIEZSA: *Die Slawenapostel und die Slowaken*. Folia separata ex Archivo Europae Centroorientalis 1944, 149-167.

Auctor probare intendit ss. Cyrillum et Methodium numquam in finibus Slovakiae laborasse.

Dr OTA POLÁCH: *Staroslovanští apoštoli sv. Cyril a Metoděj a jejich činnost v říši velkomoravské*. ACM 33, 1946, 208-212.

Auctor refutat fundamenta argumentationis professoris Stanislav et probat legendam Bulgaricam, qua Stanislav suam demonstrationem fulcit, a Theofylacto Achridensi 222 annos post mortem s. Methodii esse scriptam ideoque fide dignam non esse.

PETER v. VACZY: *De Anfänge der päpstlichen Politik bei den Slawen*. Archivum Europae Centro-orientalis 8, 1942, 343-404. (I. Die allgemeine Lage nach dem Niedergange der Avaren. II. Die Eingliederung Pannoniens in die fränkische Reichskirche. III. Die Slawenapostel und der Heilige Stuhl, pag. 364-404.)

c) *Quaestiones archaeologicae.*

JAN EISNER: *Výzkum na Děvíně v letech 1933-1937*. (Indagationes archaeologicae in Děvín annis 1933-1937.) Acta Eruditæ Societatis Slovacæ III, Historia Slovaca I/II, 108-137. Adduntur 2 cartae, situm effossionum describentes, 1 carta geographicæ vicorum, collum et fluminum Austriae inferioris in fontibus historicis annis 777-907 memoratorum, 7 tabulae photographicae.

In arce Děvín antiquum coemeterium Slavicum inventum est, ubi circa 500 cadavera effossa sunt. Sed multa sepulcra iam aetate Veteroslavica deleta sunt, cum nova cadavera in iisdem sepulcris sepelirentur. Novissima sepulcra e saec. XI. vel XII. proveniunt. Ad quaestionem de situ arcis principalis Magnomoraviensis et sedis s. Methodii effossiones in Děvín factas non sufficere ipse auctor fatetur, tum quia effossiones in Moravia tactae (Staré Město-Velehrad) ditionem praedam archaeologicam praebent, tum quia praecipuae arces Magnae Moraviae adhuc parum exploratae sunt. Auctor opinioni favet Děvín non fuisse arcem principalem Magnae Moraviae, sed arcem in confiniis regni sitam ad transitum Danubii et viam in Slovakiam et Moraviam ferentem ab hostibus defendendam.

JAN EISNER: *Pohřebiště z doby velkomoravské v Děvíně*. (Coemeterium aetatis Magnomoraviensis in Děvín.) Ibidem, pag. 300-303. Bratislava 1940/41. Adduntur 3 tabulae photographicae, 1 carta situm effossionum indicans.

Describuntur 12 sepulcra in vinea Ioannis Mladoschowitz apud Děvín, annis 1937-1938 inventa, quae probabiliter partem coemeterii maioris efficiebant. Sepulcra e saec. IX. proveniunt. Cadavera sine arca sepulta sunt et secundum consuetudinem paganam gallinam et vasa, quae verosimiliter potum inebriantem continebant, adiecta habent.

I. L. ČERVINKA: *Velehrad Velkomoravský*. (Velehradium Magnomoraviense.) Věda a. život 7, 1941, 490 sq.

SBORNÍK VELEHRADSKÝ prodit semel per annum continens novissima ex archeologia Velehradensis confinii nec non historicas relationes tangentes Velehrad antiquam, annus 1942 et 1946. - Annus 1942 exhibet: *Dr J. L. Červinka*, Šňurová keramika na Moravském Slovácku (Neolithicum in Slovakia Moraviae); *Idem*, Kde stával hrad Podivín? (Ubi erat munitio Podivín?) *Ant. Zelnitius*, Vykopané kříže a známky z prvního křesťanství u nás (Exhumatae cruces nec non alia monumenta antiquissimae christianitatis apud nos); *Idem*. Poznatky z pohřebiště „Na valách“ (Inventa in coemeterio „Na valách“); *Idem*, Ojedinělé nálezy ze St. Města (Singulares inventiones ex Ant. Urbe); *Idem*, St. Město-Velehrad, velkomoravský Velehrad (Antiqua Urbs-Velehrad, Velehrad Magnae Moraviae); *K. Hanák*, Na obranu Velehradu velkomoravského (Defensio Velehradii Magnomoraviensis); *Antoš Horská*, Výkopy v Kunovicích, v Derfli, Míkovicích, Polešovicích, Tučapech a Boršicích (Inventa Kunovicii, Derflae, Mikovicii, Polešovicii, Tučapii, Boršicci); *Idem*, St. Velehrad (Antiqua Velehrad); *Idem*, Řeka Olšava, její tok a jméno (Olsavae fluminis situs et nomen); *Vilém Hrubý*, Popelnice pole v Nedakonicích (Inventa vasa cum cineribus apud Nedakonice); *Dr Martin Mikulka*, Po stopách St. Velehradu (Monumenta historica ad Ant. Velehrad spectantia).

Annus 1946 continet: *K. Hanák*, Ku 1100letému výročí nastolení morav-

ského knížete Rastislava (Millecentenum jubileum principis Rastizii); *Idem*, Velkomoravská říše Mojmírovci a její styky s říší franskou (Magnomoraviense regnum principum e prosapia Mojmiri et contactus ejus cum regno Francorum); *Idem*, Pokřestení Moravy a apoštolská činnost Metodějova (Christianisatio Moraviae et labores Methodii apostoli); *Idem*, Vznik říše velkomoravské a její rozsah (Origo regni magnomoraviensis eiusque latitudo); *Ant. Zelnitius*, Hradec - Velehrad - Čechy - Morava; *Idem*, Upozornění a poznámky (Monita et adnotationes); *Idem*, St. Město-Veligrad, pohřebiště „Na Špitálkách“ (Antiqua Urbs-Veligrad, coemeterium „Na Špitálkách“); *Krúta Tomáš*, Mineralogický výzkum Slovácka (E mineralogia Slovakiae); *K. Hanák*, Z pohledu do pradávných dob Velké Moravy (Quaedam ex antiquissimis temporibus Moraviae); *Idem*, Od pravěkého hradiska ku královskému městu Hradišti (Ab antiquissima munitione ad urbem regiam Hradištii); *Dr Martin Mikulka*, Po stopách St. Velehradu (Monumenta historica ad Ant. Velehrad spectantia); *Dr J. Skutil*, Idrisiho arabská zpráva o Velehradu z r. 1154? (Idrisii relatio arabica de Velehrad anni 1154?); *Ant. Zelnitius*, Slovíčko o velkomoravském Velehradě (Pauca de Velehrad Magnae Moraviae).

Praeterea separatim edidit *Ant. Zelnitius* iam relatos articulos: St. Město-Velehrad, velkomoravský Velehrad (Antiqua Urbs-Velehrad, Velehrad Magnae Moraviae) et Archeologický výzkum „Na Špitálkách“ (Antiqua Urbs-Veligrad, coemeterium „Na Špitálkách“), qui articuli exhibent magni momenti testimonium pro localisatione Antiquae Velehrad in territorio hodierni Staré Město. Testimonia haec sunt inventa in sepulcris saeculi 9., quo numero et cuius operis nusquam adhuc efossa sunt, ornamenta filigranea aurea et argentea, quae omnia forma sua spectant ad Orientem, Byzantium et intimum contactum Moravorum cum imperio orientali supponunt. Exinde concluditur securi „Antiquam Urbem“ hodiernam tenere locum illius urbis, quae fuit caput regni Magnae Moraviae tempore s. Methodii et Rastizii principis.

Dr M. Mikulka.

ANTONÍN ZELNITIUS: *Staré Město—Velehrad, velkomoravský Velehrad*. Vlastivědná studie k fuldským analům. (Staré Město—Velehrad esse Velehradium Magnomoraviense. Studia historico-geographica ad annales Fuldenses spectantia.) Časopis Vlast. spolku musejního v Olomouci 55, 1946, 182-191.

d) *Cultus momentumque historicum ss. Cyrilli et Methodii.*

ROMAN JAKOBSON: *Moudrost starých Čechů. Odvěké základy národního odboje*. (Sapientia Bohemorum veterum. Resistentiae nationalis fundamenta saecularia.) Edidit: Československý kulturní kroužek, New York 1943. Paginae 240 cum 4 tabulis geographicas. Pretium 1.25 dol. am.

Dominantem ideam huius operis auctor ipse indicat eius subtítulo: Re-

sistentiae nationalis fundamenta saecularia, quae detegit tamquam sapientiam Bohemorum veterum in testiomniis litterarum ipsorum depositam inde ab incunabulis Veteroslavicis usque ad ideologiam naturalismi Husitarum. Civilis libertate usus auctor anno 1942 in New York publicum sermonem habuit in „Culturali circulo Čechoslovaco“ (Československý kulturní kroužek), ut animum graviter oppressae nationis Bohemorum elevaret atque firmaret reminiscentiis historicis. Materiam hanc profundiore studio litteraturae Slavicae adautam, anno 1943 in ephemeride „New-Yorské listy“ publicavit, cui postea formam libri dedit. Licet in opere Romani Jakobson intentio apologetica nationalis libertatis Bohemicae aperte illucescit, immo acrior quandoque fit oppugnans praesertim nocivam ideologiam philogermanicam dris Em. Rádl, tamen haud negligendum eius meritum in scientifica fortitudine ponimus, quia non erubescit contra antiquatam apud nos consuetudinem historicorum radices culturae nostrae ex christiana missione ss. Cyrilli et Methodii eorumque hereditate litteraria et culturali derivare et laudare. Qui aspectus iusta est dignus attentione. - *Jemelka*.

FR. GRIVEC: *Myšlenka cyrilometodějská v naší době.* (Idea Cyrillo-Methodiana nostris temporibus.) ACM 33, 1946, 2-6, 53-54.

In prima parte auctor conspectum dat eorum, quae nomine ideae Cyrillo-Methodiane Velehradie in Moravia inde ab a. 1903 recte facta sunt, in secunda mutuum adiutorium theologorum et laicorum in quaestionibus Cyrillo-Methodianis philologicis, historicis et theologicis solvendis postulat necnon vitam christianam renovandam et concordiam internationalem firmandam per ideam C. M. inculcat.

P. BOH. ZLAMAL: *Co dovedl říci lidový kazatel 17. století o sv. Cyrili a Metoději.* (Quae contionator popularis saec. XVII. de ss. Cyrillo et Methodio dicere potuerit.) ACM 30, 1939, 34-38.

Auctor de cultu ss. C. et M. saec. XVII. et subsequenti in monasterio Velehradensi vigente agit et praecipuas sententias e contionibus Godefridi Venkeslai Štyrcenwanger, parochi in Uherské Hradiště, in festo ss. C. et M. 9. Martii a. 1666, 1671, 1672 Velehradii prolatis refert.

BOH. ZLAMAL: *P. Ondřej Brázdil. Typ moravského cyrilometodějského buditele.* (P. Andreas Brázdil. Typus cultoris Cyrillo-Methodiani Moraviensis.) ACM 33, 1946, 11-16.

Breviter discribitur vita P. Andreae Brázdil (1814—1872), sacerdotis archid. Olomucensis.

BOH. ZLAMAL: *Valentin Bernard Jestřábský. Milovník českého jazyka a cyrilometodějský ctitel (1630-1719).* (Valentinus Bernardus Jestřábský, linguae Bohemicae amator et ss. C. et M. cultor.) ACM 33, 1946, 321-327, 383-386, 425-428.

Quibusdam de cultu C. M. aetatis barocco investigando praemissis agitur

de contionibus et aliis scriptis sacerdotis V. B. Jestrábský de ss. C. et M. agentibus et nexus inter cultum C. M. et missionem sacerdotum Moravensium in Moscovia tempore Petri Magni quaeritur.

DR AUG. NEUMANN: *P. Kristián Hirschmenzel, cisterciák velehradský, zapomínaný ctitel cyrilometodějský*. (P. Christianus Hirschmenzel ordinis Cisterciensium Velehradensis, cultor ss. C. et M., qui immerito oblivioni datur.) ACM 33, 1946, 55-56.

Quaedam e manuscriptis in bibliotheca Universitatis Olomucensis assertatis de vita et conscientia nationali Bohemica atque de cultu C. M. Hirschmenzeli proferuntur. Etiam carmen Bohemicum de ss. C. et M. a Hirschmenzel concinnatum publicatur.

3. QUAESTIONES PHILOLOGICAE (*litterariae, palaeographicae, grammaticae*).

Quaenam opera litterarum s. Constantimum vel s. Methodium habeant auctorem. Brevis conspectus bibliographiae recentioris.

Quaestionibus solvendis de scriptis s. Constantini in pluribus libris dat operam E. Georgiev, Bulgarus, rerum Slavicarum peritus, qui edito libro *Две произведения на св. Кирила*. (Duo opera s. Cyrilli. Studia historico-philologica Serdicensia, Supplementi vol. II. Sophia 1938. Paginae 135.), ubi probare voluit s. Constantimum auctorem esse Orationis alphabeticae et Prologi s. evangelii,¹ novum librum publici iuris fecit sub titulo *Произведенията приписвани на св. Кирила*. (Opera, quae s. Cyrillo adscribuntur.

Pars I. Sophia 1939. Paginae 93.) In prooemio huius libri pertractat auctor ea, quae de operibus s. Constantini in documentis antiquis tradita sunt, parca quidem et sat incerta. Multa litterarum opera, in manuscriptis antiquioribus conservata, sub nomine s. Constantini edita, maxima ex parte temporibus certo posterioribus tribuenda sunt, quibus nomen s. Constantini appositorum est, ut ipsis maiorem celebritatem adderet. Nonnullis in casibus error apertus scribarum antiquorum adest, qui omnem scriptorem nomine Constantimum facile s. Constantimum-Cyrillum esse somniabant. In ipsa disquisitione ulterius Georgiev de auctore agit proverbiorum, quae pritči vocantur, praeter proverbia et parabolas Slavicas etiam fabulae Latinae, notae etiam e Veterobohemico opere s. d. Speculum sapientiae beati Cyrilli episcopi, s. Constantino plerumque adscribuntur, - necnon unius Haxahemeri, quod in manuscri-

¹ Confer Grivec, Acta AV XVII, 1941, pag. 272-275. In libro autem „Zarja stare slovenske književnosti“ (Ljubljana 1942) Grivec iam non amplius consentire audet cum Georgiev in quaestione de auctore Orationis alphabeticae. Noviter agit de hisce carminibus R. Nahtigal in articulo „Rekonstrukcija treh starocerkvenoslovanskih izvirnih pesnitev“, Rozprave Akadem. znanosti in umetnosti v Ljubljani, Filozofsko-filološko-historični razred I, 1943, pag. 43-154.

tis tamquam opus Constantini-Philosophi exhibetur. E locis similibus, in Vita s. Constantini et in Prologo s. evangelii occurrentibus, colligit Georgiev pauca tantum Slavica proverbia et parabolas, quae in diversis locis manuscriptorum antiquorum adducuntur, admitti posse revera a s. Constantino esse orta. Reliqua opera s. Constantinus certo non habent auctorem, ideo superfluum erat, ut totus liber ipsis explicandis dedicaretur.

Нас ex parte maioris momenti est dissertatione *Georgievi*, quae inscribitur Книжовното дѣло на славянскитѣ просвѣтители Кирилъ и Методий. (*Opus litterarum Cyrilli et Methodii, Slavorum apostolorum. Sophia 1943. Paginae 64.*), de qua pars prima tantum, pertractans opera s. Cyrilli ante litteras Slavicas Glagoliticas inventas scripta, in lucem prodiit. Illis iam temporibus Georgiev ortas esse putat aliquot orationes, in Moravo-Pannonica Vita s. Constantini relatas, inter quas praesertim numerandi sunt versus regnyrici de s. Gregorio Nazianzeno, qui a s. Constantino adhuc iuvene concinnati esse narrantur, deinceps opus quoddam grammaticum ex Hebraeo translatum, deinde scripta de reliquiis s. Clementis inventis, denique aliquæ disputationes (cum patriarcha-iconoclasta, cum Saracenis, cum Hebreis itinere Chazarico). Sunt autem haec omnino scripta originaliter Graeca, nobis in versionibus Slavicis conservata. Auctoris conamen dissertationem de octo partibus grammaticae s. Constantino adscribendi in meras conjecturas recensendum est. Quaestiones de auctore scriptorum Clementinorum et disputationum discutiens Georgiev parum novi dicit.

Opus litterarium s. Constantini etiam disquisitiones Georgievi de alphabetis Slavicis indirrecte tangunt. Ad mentem monachi Chrabri, Slavos litteris Graecis usos esse sribentis, *Georgiev* litteras Cyrilianas prius exstitisse Glagoliticis putat, quam opinionem primo enuntiavit in articulo Происходътъ на цирилицата (*Origo litterarum Cyrilianarum. In foliis periodicis Prosverta I, 1938, pag. 1182-1187*), et fusius adhuc explicat in libro Нагалото на славянската письменост въ Бъдгария I. старославянскитѣ избуки. (*Initium litterarum Slavicarum in Bulgaria I. Alphabeta Veteroslavic. Sophia 1942, paginae 88.*) Persuasum sibi habet, primo litteras Graecas ad usum Slavorum a s. Constantino accommodatas esse et illo tempore iam continuas vesiones Slavicas ortas esse, quae quidem characterem localem tantum prae se ferrent, non autem ab ecclesia publice agnitae essent. Immo Georgiev credere vult evangelium, a s. Constantino in Chersoneso Taurica inventum, Bulgaricum fuisse. In hoc libro Georgiev etiam suas explicationes iam priderunt prolatas (Имената на старобългарскитѣ букви. In collectaneis Сборникъ въ паметъ на проф. Петъръ Никовъ, Sophia 1939, pag. 134-151.) de nominibus litterarum Veteroslavicarum uberius evolvit. Quae nomina interpretari conatur ex akrosticho alphabetico carminis alicuius, Orationi alphabeticae similis eiusdemque exemplum sequentis, quod autem ad nos non pervenit. Novas litteras Glagoliticas, quas Georgiev utique s. Constantino adscribit, ea de causa inventas esse dicit, quod litterae Graecae, aliquantulum linguae Slavorum adaptatae, animum s. Constantini contentum reddere non

valerent et quod praeterea rationes quoque politicae, quas etiam Kopitar praesupponit, accederent.

In recentioribus disquisitionibus scientificis, litteras Glagoliticas spectantibus, plerumque negatur litteras Glagoliticas e litteris Graecis cursivis seu minusculis ortas esse. Josef Hamm in articulo: Postanak glagoljskoga pisma u svijetu paleografie (Origo litterarum Glagoliticarum studiis palaeographicis illustrata) in: Nastavni vjesnik 47, 1940, pag. 39—61, probare vult litteras Glagoliticas e litteris Gothicis Wulfilae profectas esse, quod quidem vero dissimillimum est. Michael Hocij (Die westlichen Grundlagen des glagolitischen Alphabets. In: Südostdeutsche Forschungen 4, 1939, pag. 509—600) litteras Glagoliticas e litteris cursivis Italiae septentrionalis exponere audet. Quaedam analogiae, inter litteras Glagoliticas et dictas Italicas quas Hocij ostendit, attentionem quidem merentur, sed magis e propinquitate externa tantum utriusque alphabeti promanare dicendae sunt. Generatim loquendo fatendum est litteras Glagoliticas esse revera litteras propria arte vel, uti dicitur, originalitate s. Constantini ingeniose inventas, nonnisi remote in litteris Graecis et aliquibus Orientalibus fundatas.

Ad collustrandum opus litterarum s. Methodii recentiore tempore haud parum contulit van Wijk (mortuus a. 1942) per investigationes suas de versionibus Veteroslavicis Paterici (i. e. vitarum ss. Patrum). Quarum quaestus scientificos breviter collegit in articulo, qui inscribitur „Der grossmährische Erzbischof Method als Übersetzer der Erbauungslitteratur“, Slavische Rundschau 10, 1938, pag. 6—9. S. Methodio autori adiudicat van Wijk versionem Paterici, qui dicitur ἀνδρῶν ἀγίων βιβλος, in cuius manuscriptis Slavicis multi occurrunt archaismi lexicologici et morphologici, versionem hanc temporibus Magnae Moraviae factam esse comprobantes.

Ex articulo Francisci Grivec „Clozov-Kopitarjev glagolit v slovenski književnosti in zgodovini“ (Glagolita Clozii-Kopitari in litteris et rebus gestis Slovenicis, Razprave I, 1943, pag. 341—408) concludi licet, aliquid ex operibus originalibus homileticis s. Methodii ad nos pervenisse. Grivec s. Methodio adscribit s. d. homiliam Glagolitae Cloziani annonymam, quae condiciones culturae et rerum politicarum in Moravia et Pannonia directe respicit, eique propinquam esse ostendit exhortationem fragmentorum Frisingensium, quorum originem Veteroslavicam A. V. Isačenko in libro „Jazyk a pôvod Frizinských pamiatok“ (Lingua et origo fragmentorum Frisingensium, Bratislava 1943, paginae 105.) demonstrat.¹

Dr Karel Horálek.

Dr ALEXANDER V. ISAČENKO: *Jazyk a povod Frizinských pamiatok. Sprache und Herkunft der Freisinger Denkmäler.* Bratislava 1943. Pg. 106. Ed. Academia scientiarum et artium Slovaca.

¹ Confer Karel Horálek: K otázce jazyka a stylu Frizinských památek, Listy filologické 70, 1946, pag. 241—246. De operibus ss. Constantini et Methodii brevissimam explanationem affert J. Stanislav in conclusione libri „Slovenskí apoštoli Cyril a Metod a ich činnosť vo veľkomoravskej ríši“, Bratislava 1945, pag. 83—87.

Auctor, gente Russus, professor universitatis Slovaca, studia academica Vindobonae ac Ljubljanae absolvit. Opus praesens lingua Slovaca conscripsit, adiecto uberrimo conspectu lingua Germanica (pg. 79—101). Quaestionem de ortu ac de elementis palaeoslavicis, Slovenicis, Slovacis (Moravicis), iam admodum implicatam, ulterius implicavit hypothesi de ortu Slovaco ac de Slovaco charactere multorum elementorum palaeoslavicorum, contendendo existere linguam palaeoslavicam recensionis Slovaca atque hoc sensu linguam palaeoslovacam.

Opinio doctissimi auctoris, textum primigenium 1. et 3. monumenti Frisingensis aetate ss. Cyrilli et Methodii in Moravia ortum esse, solido fundamento caret. Tam rudes enim versiones e lingua palaeogermanica aetate ante adventum ss. C. et M. confectae sunt; ita periti consensu unanimo censem. Quia vero Carantani iam uno saeculo ante Moravos (Slovacos) ad religionem christianam conversi sunt, vix dubitari potest, versionem Slavicam 1. et 3. monumenti Frisingensis in Carantania ortam esse, postea autem etiam in Moravia usurpatam, itaque hoc sensu Slovenis et Slovacis communem fuisse. Monumentum secundum vero in Moravia oriri vel perpoliri potuit, at in Carantania saeculo X. consignatum est in codice episcopi Frisingensis.

Nihilo minus auctor quaestionem nodosam gravibus novis fructibus scientiae illustravit, preeprimi monumentum secundum. In introductione (pg. 5) dolet, quod meam dissertationem in „Glasnik Muzejskega društva“ (Ljubljana 1942, pg. 106—115) de secundo monumento Frisingensi non potuit perlegere, antequam opus suum typis mandavit. Itaque eo maioris ponderis sunt illa, quibus meam sententiam non parum approbavit ac demonstracionem historicam theologicam novis argumentis philologicis roboravit et collustravit. Saepius „stylum elatum rhetoricum“ huius monumenti laudat (pagina 9s et 28s) et effert, hoc monumentum non esse versum neque e lingua Germanica neque Latina neque Graeca (pg. 10 e. a.), neque in illo germanismos occurtere, in 1. et 3. monumento adeo frequentes. Duo elementa linguae et styli palaeoslavici ecclesiastici demonstravit, quae peritos hucusque plus minusve latebant: 1. Positio pronominis possessivi post nomen substantivum; 2. suffixum *ije* nominum generis neutrius loco posterioris *je*. Utrumque elementum palaeoslavicum in secundo tantum monumento frequentissime occurrit, minime vero in primo et tertio.

Sicut suffixum neutrius generis - *ije*, ita etiam suffixum adiectivi feminini generis - *ija* (genetivo *ije*), proprietas palaeoslavica, solum in secundo monumento recurrit, scilicet in dictione: *slavy božije*. Argumentis theologicis historicis demonstravi, hanc dictionem tali contextu esse propriam ss. Cyrillo ac Clementi Bulgarico, ab usu occidentali discrepantem Prof. Isačenko hanc demonstrationem ex parte grammatica roboravit. Itaque evictum est, hanc dictionem esse propriam palaeoslavicam et orientalem.

Dolendum est, quod auctor affinitatem huius monumenti cum sermone Clementis Bulgarici in memoriam apostoli vel martyris ac cum loquendi

modo ss. Cyrilli ac Clementis neglexit. Item fugerunt eum, quae Jagić de loco difficillimo *bzredu - v (po) čredu* scripsit.

Omnes slavistas (etiam doctorem Isačenko) hucusque latuit rarus sensus pronominis *eže* in versibus 20—25 secundi fragmenti Frisingensis, ubi hoc pronomen sexies repetitur loco signi citationis (similiter ac palaeoslavicūm *jako*, Graecum *ὅτι*) vel loco articuli Graecitō. Talis usus profecto nonnisi ex lingua litteraturae palaeoslavicae explicari potest. De hoc sensu pronominis *eže* scribit professor J. Kurz in *Byzantinoslavica* VIII (1939-41) pg. 283, ast hunc locum fragmenti Fris. non memoravit.

Auctor asserit, ultimos undecim versus secundi monumenti stylum Germanicum (vel occidentalem redolere. Haec quaestio aptius illustrari posset, nisi auctor quaestionem de indirecta (longinqua) dependentia huius monumenti ab exemplis occidetalibus neglexisset. Adhortatio Slovenica Frisingensis enim ritui Romano accommodata est.

Proprietatem dictionis: *medicus corporum nostrorum et salvator animarum nostrarum* auctor non satis existimavit; monet scilicet, illam recurrere in libris liturgicis orientalibus, nominatim in ritu s. olei. Attamen illic repetitur dictio *medicus animarum et corporum nostrorum*; similis sententia etiam in liturgia s. Basiliī occurrit. Hic autem subtiliter distinguitur *medicus* ac *salvator*, quod rarissimum ac tum theologicē quam rhetorice eximum est.

De auctoris minus exacta explicatione verbi *pasem*, *spasati* sensu *servare* vide meam dissertationem: *De lingua palaeoslavica*.

Professor Isačenko itaque gravia nova protulit. Fructus eius scientiae multo graviores pluresque essent, si traditionem scientificam ac quaestionem nodosam omni ex parte aestimasset. — *Fr. Grivec.*

JOSEF VAŠICA: *Básnická skladba sv. Konstantina-Cyrila.* (Opus poeticum s. Constantini-Cyrilli.) Akord 10, 1942-1943, 215-222.

Prologus s. evangelii Veteroslavicūs (Proglas) s. Constantino-Cyrillo auctori tribuitur. Additur etiam versio Bohemica eiusdem monumenti poetici, versum syllabicum Veteroslavicūm imitans.

I. GUBERINA: *Konstantin-Ćiril i izvori glagolice.* (Constantinus-Cyrillus et origo litterarum Glagoliticarum.) *Hrvatska Smotra* 7, 1939, num. 9.

Auctor defendit originem litterarum Glagoliticarum Cyrillo-Methodianam contra obiectiones auctorum Šegvič et Poparié.

D. ČYŽEVSKYJ: *Zu der Entstehung des Alphabets und der Literatursprache bei den Slawen.* Südostdeutsche Forschungen 5, 1940, 607-612.

Refutantur argumenta professoris Ivan Ohijenko in libro „*Povstannja azbuky i literaturnoji movy v Slovjan*“ (Origo alphabethi et linguae litterariae apud Slavos) Žovkva 1938, proposita, praesertim de origine Russica lit-

terarum Glagoliticarum et linguae Palaeoslavicae ante s. Constantimum-Cyriillum. Conf. etiam, quae J. Vajs in *Slavia* 16, 1938-39, 614-616, et St. Kulbakin in *Južnoslovenski filolog* 17, 1938-39, 249 de libro Ohijenko scripserunt.

ROMAN JAKOBSON: *St. Constantin et le syriaque*. Annuaire de l'Institut de Philologie et d'Histoire Orientales et Slaves, tome 7, 1943.

K. HORÁLEK: *Rajhradské martyrologium Adonis a otázka české cyrilice*. (Martyrologium Adonis Rajhradense et quaestio de litteris Cyrillicanis Bohemicis.) LF 66, 1939, 22-43.

Martyrologium Latinum monasterii ordinis s. Benedicti Rajhradensis in Moravia est copia Martyrologii ab Adone, archiepiscopo Viennensi, saec. IX. scripti. Continet additamenta Slavica litteris Cyrillicanis scripta, et quidem partem homiliae s. Ioannis Chrysostomi et glossas marginales. Horálek probat textum Cyrillicanum in aliquo monasterio ordinis s. Benedicti in Bohemia saec. XI. esse scriptum secundum textum Slavicum meridionalem, litteras Cyrillicanas in homilia s. Ioannis Chr. antiquissimum characterem praese ferre et similitudinem cum evangeliorum Cyrilliano Rhemensi ostendere ideoque testimonium praebere de commercio litterarum olim vigente inter Bohemiam ex una parte et inter meridiem (Bulgariam) et orientem Slavicum (Russiam) ex parte altera. Pro historia litterarum Slavicarum notata digna sunt, quae auctor animadvertisit de secundo librario Bohemico recentiore, qui glossas marginales apposuit et in textum Latinum in secundo folio codicis propria manu scriptum vocem „latrīja“ litteris Cyrillicanis inseruit, ipsum enim litteras Cyrillicanas pro Graecis habuisse, ergo alias litteras Slavicas a. s. Constantino-Cyrillo inventas (Glagoliticas) novisse.

IVAN OHIJENKO: *Die sprachliche Zugehörigkeit der Vitae Konstantins und Methods*. Zeitschrift f. sl. Phil. 16, 1939, 69 sq.

Auctor concedit Vitas C. et M. lingua Palaeoslavica originaliter concinnatas esse, sed in eis conscribendis fontes Graecos adhibitos esse praeupponit.

NIK. VAN WIJK: *Zur sprachlichen und stilistischen Würdigung der altkirchenslawischen Vita Constantini*. Südost-Forschungen 6, 1941, 74-102.

Auctor copiam verborum seu lexicon, morphologiam et syntaxim textus Palaeoslavici VC investigat, concordiam inter VC et versionem biblicam Palaeoslavicam, praesertim Psalterii, ostendit et moravismos statuit. Putat VC et VM a diversis auctoribus esse scriptas et Vitam C. ante mortem s. Methodii lingua Palaeoslavica originali et mira arte stylistica et litteraria concinnatam propter plures moravismos originem Bohemicam manifestare.

NIK. VAN WIJK in Zeitschrift f. sl. Phil. 17, 1941, 268-284 textum primi capitinis VC secundum diversos codices reconstructum statuit.

FRANC GRIVEC: *Težka mesta v Žitjih Konstantina in Metodija.* (Loci difficiles in Vitis C. et M.) Acta Eruditae Soc. Slovaca I. Linguistica Slovaca III, 1941, 73-83.

Auctor novos fructus indagationum de VC et VM annuntiat, praesertim locos parallelos in VC et VM, citationes biblicas noviter detectas et rectam significationem verbi „usuditi“ in VM 17 (i. e. adornare, curare) indicat.

FRANC GRIVEC: *O idejah in izrazih Žitij Konstantina in Metodija.* (De ideis et terminis Vitarum C. et M.) Razprave 2, 1944, 169-193.

Auctor explicat locos VC et VM: 1. „Učitel“ significat non solum magistrum sensu vulgari, sed etiam speciale munus (officium) ecclesiasticum.

„Slovo učenja“ (verbum doctrinae) in VC 18 secundum lectionem codicu Russicorum praefert lectioni varianti codicum recensionis Serbicae (Bulgaricae) „slovo usynenija“ (verbum filiationis). 3. „Lenost, slabost“ respondeat termino Graeco φαθυμία, „podvig“ ἀγών. 4. „Dobryj čin“ (bonum certamen) in VM 2 est citatio biblica ex 1 Tim 6, 12 et 2 Tim 4, 7. 5. „Svět k světu“ in VC 18 est Graecum ψωτὶ ψᾶς προσλαβών (lucem ad lucem accipiens). Prima lux significat baptismus, secunda - vota monastica.

FR. GRIVEC: *Alexander Vasiljevič Gorskij.* ACM 33, 1946, 127-129, 174-176, 213-216.

Auctor merita A. V. Gorskii de textu VC et VM edendo et investigando inculcat.

FR. GRIVEC: *Pochvala sv. Cyrila a Metoděje.* (Sermo panegyricus de ss. C. et M.) ACM 33, 1946, 255-258.

Auctor breviter resumit ea, quae fusius in articulo superius publicato exposuit.

STANISLAUS KOS S. S.: *De auctore expositionis verae fidei s. Constantino Cyrillo adscriptae (Napisanie o pravěj věrě.)* Dissertation ad lauream in Pontif. Univ. Gregoriana. Ljubljana 1942. Pag. 223. Conf. rec. B. Schultze S. J. in OCP 9, 1943, 229-231 et Dr J. Oberški in Bogoslovská smotra 31, 1943, 179-180.

Kos quaestionem controversam de auctore operis theologici de vera fide s. Constantino-Cyrillo adscripti denuo critice pertractat et concludit auctorem fuisse aliquem discipulum ss. C. et M., probabiliter Clementem, episcopum Bulgaricum. Sed novissimis indagationibus professoris Grivec confirmatur opinio traditionalis, auctorem fuisse revera s. Constantinum-Cyrillum.

FR. GRIVEC: *Govor sv. Metoda solunskega.* (Sermo s. Methodii Thessalonicensis.) Bogoslovni vestnik 1942, 35-51.

Auctor versionem Latinam sermonis s. Methodii in secundo monumento Frisingensi conservati et sermonis Clementis Bulgarici in memoriam apostoli

vel martyris affert, formas et ideas ss. Cyrillo et Methodio proprias detegit et relationem sermonis s. Methodii ad sermones Clementis statuit. In fine corrigenda et addenda ad opus „Vitae C. et M.“ in AAV 1941 publicatum collocat.

OLAF JANSEN: *Český podíl na církevněslovanské kultuře.* (Partes Bohemorum in cultura ecclesiastica Slavica.) In collectaneis „Co daly naše země Evropě a lidstvu“ I, 1. ed. 1939, 2. ed. 1940, pag. 9-20.

Auctor, proprio nomine Roman Jakobson, olim professor in universitat Masarykiana Brunensi, hoc vero tempore professor in universitate Columbia in New York USA, acri ingenio evolutionem culturæ ecclesiasticae Slavicae prosequitur, quæ exordium sumpsit a Rastislao, principe Magnomoraviensi, apostolos Slavos vocante, „ut etiam aliae regiones, illud videntes, imitentur nos“ (VC 14). Cultura Slavica discipulis Cyrillo-Methodianis Moravia expulsis in Bohemiam et Bulgariam translata est, ubi fructus uberrimos attulit. Principes Bohemici stirpis Přemyslidae saec. X. scientes et volentes ideologiam Cyrillo-Methodianam suam fecerunt, ita ut Bohemia similiter ac Bulgaria facta sit centrum culturæ Slavicae, pretiosos fructus operis ss. C. et M. in Russiam, Croatiam, Hungariam et Poloniam transmittens. Conspectus historicus a prof. Jakobson breviter adumbratus multa gravia et nova continet, quibus maximum momentum linguae ecclesiasticae Slavicae pro nationibus Slavicis extollitur et commercium litterarum inter gentes Slavicas necnon potiores partes Bohemorum in eo promovendo illustrantur.

JOSEF VAŠICA: *Nejstarší česká poesie.* (Antiquissima poesis Bohemica.) Akord 7, 1939/40, 7-12.

Auctor dat brevem conspectum operum poeticorum epochae Cyrillo-Methodianae, quæ simul initium litterarum Bohemicarum format. Carmen s. Adalberti „Hospodine pomiluj ny“, quod usque ad novissima tempora primum opus Bohemicum habitum est, nunc potius ultimum opus antiquissimæ periodi habendum est. Carmen s. Constantini in honorem s. Clementis, Folia Kyjevensia et Vindobonensia, hymni liturgici in officio ss. C. et M. secundum ritum Romano-Slavicum, canon in officio s. Venceslai secundum ritum Byzantino-Slavicum, carmina s. Adalberti „Hospodine pomiluj ny“ et „Bogurodzica dziewica“ sunt praecipua opera poetica huius periodi, quæ mirant artem et perfectionem litterariam manifestant.

KAREL HORÁLEK: *Studie o slovanském verši.* (Elucubrationes de versu Slavico.) In: Sborník filologický 12, 1946, 261-343.

In quattuor capitibus auctor agit de versu poetico apud diversas nationes Slavicas, 1. de initiis versus poetici apud Slavos (261-288), 2. de versu Veterobohemico tamquam exemplo versus Veteropolonici (289-302), 3. de versu iambico in carminibus popularibus Bohemicis (303-333), 4. de fundamenti versus iambici quinque pedum apud Bulgaros (334-343). In capite primo, quo

solum ad nos pertinet, auctor originem et structuram versus Cyrillo-Methodiani, in quantum ex litteris Palaeoslavicis erui potest, investigat. Initio iructus scientificos praedecessorum (Koschmieder, Abicht, Jakobson, Pavič, Kostić, Trubeckoj, Grivec) referens et dijudicans nonnullis animadversionibus novis complet. Deinde maximum studium ad versum duodecim syllabam investigandum confert, prasertim in Oratione alphabeticā, cuius novum textum reconstructum exhibet, praecedentes reconstructiones a Sobolevskij, Franko, Nahtigal, Georgiev factas crisi subiciens. Notae characteristicae versus Palaeoslavici duodecim syllabarum ab auctore ita statuuntur: 1. Isosyllabismus versuum non absolutus, sed minorem vel maiorem numerum syllabarum admittens (tendentia quaedam ad isosyllabismum perfectum), 2. Caesura post syllabam quintam, rarius post sextam vel septimam,

Conclusio versuum paroxytonica (trocheica), rarius proparoxytonica (dactylica), in singulis casibus tantum oxytonica, 4. Parallelismus syntacticus versum (unusquisque versus vel etiam medius versus propositionem completam vel saltem partem syntacticam in se conclusam efficit, qui maxime

Prologo s. evangelii (Proglas) conspicitur, ubi nonnulli versus per eandem vocem incipiunt. Eaēdem proprietates etiam in versu Byzantino saeculi IX. reperiuntur, sed versus Palaeoslavicus maiorem libertatem et in numero syllabarum, et in positione caesurae, et in accentu finali admittit, ita ut aliquatenus ad versum rythmicum accedit. Versum rythmicum praesertim in canonibus liturgicis Byzantinis adhibitum videntur canones in linguam Palaeoslavicam traducti imitari (canon s. Demetrii Thessalonicensis, probabiliter a Constantino-Cyrillo vel s. Methodio traductus, canon s. Methodii a Constantino presbytero, postea episcopo Prešlavensi, concinnatus). Versus Palaeoslavicus duodecim syllabarum magnum similitudinem habet cum versu Serbo-Croatico populari decem syllabarum, dicto „deseterac“, qui per influxum versus Palaeoslavici explicari solet. Sed Horálek ordinem inversum suadet, versum nempe Serbo-Croaticum, originis antiquissimae, forsitan Indo-Europeicæ, apud Slavos notum, influere potuisse, ut in poesi Palaeoslavica maiore cum praedilectione versus syllabicus quam rythmicus adhiberetur. Influxus poeseos Palaeoslavicae in litteras Veterobohemicas notus est, cuius testimonium directum est carmen „Hospodine pomiluj ny“ s. Adalberto Pragensi (Vojtěcho) adscriptum, indirectum autem sunt ipsae litterae Veterobohemicæ, quae sine traditionibus Cyrillo-Methodianis neque tanta antiquitate gauderent, neque praecise per opera poetica incipere potuissent, neque in ipso initio tantum gradum perfectionis assecutae essent.

Vojtěch Tkadlčík.

REINHOLD TRAUTMANN: *Zum Euchologium Sinaiticum*. Zeitschrift f. sl. Phil. 17, 1940, 52-59.

Auctor fontes Graecos Euchologii S. indicat et nonnullos locos explicat.

RAJKO NAHTIGAL, professor universitatis Ljubljana, optimam editionem criticam Euchologii Sinaitici publicavit (Ljubljana 1942, tomus I. et II.) de qua plura posterius dicemus.

JOSEF VAŠICA: *Mnicha Chrabra Obrana slovanského pisma.* (De litteris monachi Chrabr. Versionem bohemicam e lingua palaeoslovenica cum adnotationibus procuravit Josef Vašica.) Edice Akord, Brno 1941. 9 K.

Documentum hoc vetus, quod locum peculiarem inter antiquissima vestigia palaeoslavica occupat, in Bulgaria scriptum libros slavicos contra inimicos defendit, nec non meritum s. Cyrilli, qui unicus illud perfecit, quod apud Grecos multi viri docti per multa tempora: sc. et litteras composuit et libros vertit, laudibus extollit.

Versio ista — praetermissis pretiosis adnotationibus cl. professoris J. Vašica — illud „quomodo scribendae et pronuntiandae sunt litterae slavicae“ a Udalrico Menhart factum affert, qui fidelissime artem scribendi antiquorum scribarum, qui calamo utebantur, secundum antiquissimum documentum glagolicum, i. e. „Folia Kioviensia“, imitatus est. Hoc primum tentamen antiquissimum modum scribendi imitari sequentia praebet: litterae non in linea fundamentali scribebantur, sed quasi uvae e superiori linea pendebant. — Similiter abecedarium cyrillicum iuxta Evangelium Ostromiri, antiquissimum documentum cyrillicum, additum est.

(Quoad versionem bohemicam et adnotationes palaeographicas cf. quae scripsit Jos. Kurz in Český časopis filologický, I. Praha 1942-43, pag. 173-174).

Kniha o rodu a utrpení svatého knížete Václava. Staroslovanská legenda. (Legenda Veteroslavica de genere et passione sancti ducis Venceslai.) Secundum antiquos codices manuscriptos vertit et notis criticis instruxit JOSEF VAŠICA. Pourova edice, vol. 14. Praha, Pour, 1939. Pag. 269.

První staroslovanská legenda o sv. Václavu, sepsaná v Čechách kolem roku 940. (Prima legenda Veteroslavica de s. Venceslao, circa annum 940 in Bohemia scripta.) In linguam Bohemicam vertit et brevi introductione ornavit JOSEF VAŠICA. Na úsvitu křesťanství, Praha 1942, pag. 67-72.

Staroslovanské liturgické zpěvy a kanon na svátek sv. Václava, složené v Čechách v X. století. (Cantica liturgica Veteroslavica cum canone festi s. Venceslai, in Bohemia saeculo X. concinnata.) In linguam Bohemicam vertit et brevi introductione ornavit JOSEF VAŠICA. Na úsvitu křesťanství, Praha 1942, pag. 73-77.

Umučení svatého Václava. Staroslovanské zpracování života sv. Václava z polovice X. století. (Passio s. Viti, medio saeculo X. Veteroslavice conscripta. Bohemice vertit et brevi introductione instruxit JOSEF VAŠICA. Na úsvitu křesťanství, Praha 1942, pag. 87-95.

Druhá staroslovanská legenda o sv. Václavu z konce X. století. (Secunda legenda Veteroslavica de s. Venceslao exeunte saeculo

X. orta.) Bohemice vertit et brevi introductione instruxit JOSEF VAŠICA. Na úsvitu křesťanství, Praha 1942, pag. 134-152.

KARL H. MEYER: *Fehlübersetzungen im Codex Suprasliensis*. Altkirchenslawische Studien I. (Schriften der Königsberger Gelehrten Gesellschaft, 15./16. Jahr, Geisteswissenschaftliche Klasse, Heft 2) Max Niemeyer, Halle 1939. Pag. VI + 33 (63-95). Conf. rec. Josef Kurz in *Byzantinoslavica* 8, 1939-1946, 306-309 et B. v. Arnim in *Zeitschrift f. sl. Phil.* 17, 1940, 203-204.

Auctor in codice Suprasliensi 71 locos male versos invenit, quos errores non copistis sed vertentibus tribuit. Nullum locum tamen ita corruptum repperit, ut textus prorsus intelligi non possit. Putat igitur codicem Suprasliensem non esse e textu Glagolitico descriptum, sed ipsum chirographum originale repraesentare ineunte saec. X. ab uno librario, qui scribebat, et a pluribus vertentibus, qui textum dictabant, in aliquo monasterio in vel prope Pr̄eslav scriptum. Sed argumenta auctoris non sunt sufficientia, ut originalitas et antiquitas textus aut nonnullae explicationes errorum agnosci possint.

ERWIN KOSCHMIEDER: *Die ekphonetische Notation in kirchen-slawischen Sprachdenkmälern*. Südost. Forschungen 5, 1940, 22-32. Confer rec. J. K. in LF 69, 1942, 74-75.

Signa superlinearia in manuscriptis Veteroslavicis e signis prosodicis et notis musicis Byzantinis explicantur et monumenta Palaeoslavica in classes dividuntur, 1. sine signis, 2. cum uno systemate signorum, 3. Folia Kyjevensia, quae duo systemata signorum habere videntur.

JOSEF KURZ: *K otázce členu v jazycích slovanských se zvláštním zřetelem k staroslověnštině*. (Disquisitiones ad quaestionem solvendam de articulo in linguis Slavicis speciali respectu habito ad linguam Palaeoslavicam.) *Byzantinoslavica* 7, 1937-1938, 212-340; 8. 1939-1946, 172-288.

Praesens dissertatio est prima pars operis indicati, quaestionem de articulo in lingua Palaeoslavica spectans. Auctor omnibus constructionibus grammaticis, quae ad quaestionem de articulo pertinent, e monumentis Palaeoslavicis diligentissime congestis, comparatis et discussis concludit: 1. Substantiva Graeca cum articulo coniuncta exprimuntur in lingua Palaeoslavica constructionibus sine articulo, quarum significatio definitur aut per ipsum contextum aut per additamentum quoddam, quod sequitur, aut alio modo. Opiniones auctorum de formis grammaticis distinctis ad substantivum definitum vel indefinitum distinguendum (acc. sing. secundum Meillet, nom. sodii, sodi secundum Severjanov) et opinio de mutatione ordinis verborum in propositione propter omissionem articuli (G. Cuendet) non probantur. 2. Pronomina demonstrativa substantivis postposita numquam significationem articuli, sed semper significationes demonstrativas habuerunt. 3. Pronomina demonstrativa substantivis anteposita significationem pronominalem adhuc expressam

retinent. 4. Constructiones cum articulo independenti „iže“ similes constructiones Graecas imitantur, non tamen serviliter et temerarie, sed de consilio, ut pars propositionis magis inculcetur aut ab aliis distinguatur. Haec constructiones iam in versione biblica Cyrillo-Methodiana occurrabant, sed demum posteriores scriptores constructiones Graecas mechanice imitabantur. Praeterea auctor significationem et originem adiectivorum compositorum explicavit, constructiones cum infinitivo et supino in codice Zographensi occurrentes ad invicem comparavit, constructiones cum articulo textui Vulgatae contulit et probavit iam in versione Cyrillo-Methodiana in nonnullis casibus infinitivum Graecum cum articulo per propositionem finalem traductum esse.

JOSEF KURZ: *K otázce nominativu zájmena třeti osoby v jazyce staroslověnském.* (Quaedam ad quaestionem solvendam de nominativo pronominis tertiae personae in lingua Palaeoslavica.) LF 67, 1940, 290-302 et 527.

Auctor probat in lingua Palaeoslavica pronomen tertiae personae nullum nominativum habuisse.

A. NERAD: *Význam staroslověnského imperfekta.* (Significatio imperfecti Palaeoslavici.) LF. 68, 1941, 1-14.

Auctor formas imperfecti Palaeoslavici in evangelio s. Matthei occurrentes investigat et concludit imperfectum Palaeoslavicum maxima ex parte actionem concomitantem exprimere, sive concomitantia sit thematica (narratio secundaria principalem concomitans, descriptiones, explicationes, additamenta, in parantesi dicta etc.), sive sit etiam syntactica (propositiones subordinatae).

ANTONÍN DOSTÁL: *Staroslověnská praeterita, jejich čas a vid.* (Praeterita Palaeoslavica eorumque tempus et aspectus.) ČČF 3, 1944/45, 65-70, 111-116, 219-225.

Auctor formis temporis praeteriti omnium verborum in textibus Palaeoslavicis classicis occurrentium investigatis concludit: Neque aoristum neque imperfectum aspectum verbalem indicant. Aoristum verborum imperfectivorum significat actionem perfectam, finitam, non tamen perfectitatem actionis. Imperfectum significat actionem nondum finitam, propterea in descriptionibus adhibebatur. Ex imperfecto verborum perfectivorum, quod in monumentis rarissime invenitur et significationem iterativam habet, nova classis verborum iterativorum cum suffixo -jati originem duxit. Perfectum, plusquamperfectum et condicionalis aspectum verbalem ab aspectu participii adiacentis accipiunt. Perfectum antiquissima aetate linguae Palaeoslavicae non raro consecutionem actionis verbalis significabat, quod fieri potest, si etiam significatio et aspectus verbi auxiliaris servatur. Verbum auxiliare *běch*, *běach* cum participio praes. act. significationem similem ac imperfectum exprimit, quae constructio per imitationem constructionum Graecarum explicari potest.

B. GEROV: *Zur Frage nach der altbulgarischen Form des Namens der Stadt Saloniki* Sbornik v pamef na prof. Petar Nikov, Izvestija na Balgarskoto istoričesko d-vo 16-18, Sofija 1940, pag. 126-133.

Auctor praesupponit nomen Salonike (polis) consideratum esse tamquam adiectivum, unde Slavicum Solun grad et per mutationem jer Solunъ factum sit. Conf. etiam, quae Jos. Kurz in ČČF 2,1943-44, 173-174 de hisce animadvertis.

B. GEROV: *Die Wiedergabe des griechischen ν (οι) im Altbulgarischen.* Glotta 29, 1941, 78-85.

Contra Meillet ostendit auctor Graecum ν (οι) in antiquissimis monumentis Palaeoslavicis trino modo esse scriptum: i, u, ν; demum posteriores librarios Graecum modum scribendi imitatos esse. Auctor putat has diversitates in diversa pronuntiatione Graeca fundari. Conf. J. Kurz in LF 68, 1941, 420-421.

ARCHIEPIISKOP ILARION (IVAN OHIJENKO): Повторний інфінітив у слов' янських мовах. Старослов'янсько-давньоєврейські порівняння (Infinitivus reduplicativus in linguis Slavicis. Constructiones Veteroslavicae cum Hebraicis comparatae) Acta Eruditiae Soc. Slovaca, Linguistica Slovaca III, Bratislava 1941, pag. 61-72.

Auctor admonet multas constructiones Slavicas, quae adhuc pro Graecismis habebantur, revera Hebraismos esse, propterea hortatur, ut textus biblici Palaeoslavici cum textibus Hebraicis comparentur, quod ipse facit, ut significacionem infinitivi reduplicativi (blagoslaviti blagoslovlju) explicet.

4. QUAESTIONES THEOLOGICAE.

a) *Versio biblica Palaeoslavica.*

JOSEF HAMM: *Glagoljica i sv. Braća.* (Litterae Glagoliticae et ss. fratres C. et M.) Hrvatska smotra 7, 1930, 435-448.

JOSEF HAMM: *Gotsko-starocrkvenoslavenske paralele.* III. Međunarodni Kongres Slavista (slavenskih filologa). Saopštenja i referati. Izdanje izvršnog odbora, Nr. 2., pag. 29-30. Beograd 1939.

JOSEF HAMM: *Über den gotischen Einfluss auf die altkirchenslawische Bibelübersetzung.* Zeitschrift f. vgl. Sprachforschung 67, 1940, 112-128.

Auctor in operibus hic indicatis probare intendit: litterae Glagoliticae non a s. Constantino-Cyrillo inventae sed per imitationem litterarum Gothicarum a Wulfila inventarum ortae sunt, versio biblica Palaeoslavica (evangelia) immediate a versione Wulfilae Gothica dependet, litteratura Glagolitica initio sub influxu arianismi fuit.

JOSEF JANKO: *Měl-li Wulfilův gotský překlad vliv na překlad starocírkevněslovanský?* (Utrum versio Gothica Wulfilae influxum in versionem Veteroslavicam ecclesiasticam exercuerit.) ČMF 28, 1942, 29-42, 121-134, 254-268.

Auctor omnia argumenta a J. Hamm proposita a limine reicit et impossibilitatem influxus Gothicī philologicē demonstrat.

JOSEF VAJS: *Je-li staroslověnský překlad evangelií a žaltáře nějak závislý na gotském překladu Wulfilově?* (Utrum versio evangeliorum et Psalterii Palaeoslavica aliquo modo a versione Gothica Wulfilae dependeat.) Byzantinoslavica 8, 1939-1946, 146-171.

Contra J. Hamm auctor probat versionem Palaeoslavicam evangeliorum et Psalterii immediate e textu Graeco factam esse et ab alio textu Graeco dependere quam versionem Wulfilae. Simul etiam refutantur argumenta a prof. Pogorělov proposita de nationalitate Slavica ss. C. et M. eorumque mala cognitione linguae Graecae, econtra probatur eorum perfecta cognitio et linguae Graecae et Slavicae.

KAREL HORÁLEK: *Řecká předloha staroslověnského překladu evangelia.* (Exemplum Graecum versionis evangeliorum Palaeoslavicae.) Slovo a slovesnost 9, 1943, 218-219.

Hic datur summarium praelectionis, quam auctor in sessione Circuli Linguistici Pragensis (Pražský linguistický kroužek) 22. Decembris 1943 habuit. Auctor contra Vajs novas regulas criticas quaerit, quas ita fere enuntiat:

1. Textus antiquissimi Palaeoslavici secundum exemplaria Graeca correcti sunt, ideo non semper textum primigenium praebent.
2. Textus recentiores

singulis casibus textum primigenium secundum codices antiquiores desperitos servant.

3. Nonnullae lectiones non-Byzantine non sunt originales, sed posterius demum in textum irrepserunt.
4. In quaerendo originali exemplo Graeco a lectionibus consociatis, quae ad aliquem typum textus tendunt, procedendum est.
5. Multae lectiones variantes independenter a textu Graeco ortae sunt.
6. Lectiones variantes evangeliorum a lectionibus tetraevangeliorum distinguendae sunt et exemplum Graecum evangeliarii separatim ab exemplo tetraevangelii quaerendum est.

Secundum has regulas Horálek sequentes conclusiones statuit: Exemplum Graecum textus Palaeoslavici non erat textus Constantinopoli saec. IX. usitatus, sed antiquior (Alexandrinus vel occidentalis, non vero textus Byzantinus compromissivus). Notae characteristicae textus Palaeoslavici non ad unum typum textus tendunt, sed potius diversae classes lectionum, quae ad diversos typos textus tendunt, distingui possunt. Prima versio Palaeoslavica fortasse e textu Alexandrino facta est, deinde in Moravia secundum textum occidentalem propinquum ad codicem D correcta est. Per influxum Vulgatae quinta pars tantum lectionum explicari potest, multo maior pars cum versionibus Syriacis concordat.

KAREL HORÁLEK: *K nejstarším dějinám staroslověnského překladu*

kladu evangelia. (Quaedam de antiquissima historia versionis evangeliorum Palaeoslavicæ.) *Naše věda* 23, 1944, 79-84, 113-116.

Auctor momentum tetraevangeliorum Palaeoslavicorum pro inquirendo textu primigenio inculcat et contra Meillet et Vajs evangeliaria Palaeoslavimaiori revisioni secundum textus Graecos obnoxia fuisse concedit.

KAREL HORÁLEK: *O lexikálním složení stsl. evangelia.* (De compositione lexicologica evangeliorum Palaeoslavicorum.) ČMF 29, 1946, 78-79.

Contra Jagić et Vondrák auctor admonet in casibus, ubi duplex traductio eiusdem vocis in diversis monumentis (vox Graeca et Slavica) occurrit; non semper Graecam praferendam esse. Comprobatur opinio Vondrák de diversitate lexicologica pericoparum et partium complementum, saltem in nonnullis casibus.

PROF. J. VAJS: *Řecká předloha staroslověnského překladu evangelijního.* (Exemplum Graecum versionis evangeliorum Palaeoslavicæ.) *Naše věda* 24, 1946, 45-49.

Contra Horálek auctor defendit regulas criticas, quas in reconstruendo textu evangeliorum Palaeoslavico sequebatur. (Historia textus Palaeoslavici historiae textus Graeci correspondet, lectiones non-Byzantinae tempore procedente auferuntur, ideo praferenda sunt, evangeliaria textum primigenium melius conservaverunt quam tetraevangelia, quae ab evangeliariis maxime dependent.)

JOSEF VAJS: *Které recenze byla předloha staroslověnského překladu žaltáře.* (Ad quam recensionem exemplum versionis Psalterii Palaeoslavici pertinuerit.) *Byzantinoslavica* 8, 1939-1946, 55-86.

E 540 lectionibus variantibus 449 recensionem Luciani sequuntur, 80 aliae in manuscriptis maxime Croaticis inveniuntur, ubi influxus Vulgatae percipitur, 12 lectiones a textu Luciani recedunt, sed distinctum typum textus non repraesentant. In fine tres loci, qui male traducti esse videbantur, e diversis textibus recensionis Luciani explicantur.

JOSEF LAURENČÍK: *Vliv latinského textu žaltáře na staroslověnské Psalterium Sinajské.* (Influxus textus Psalterii Latini in Psalterium Sinaiticum Palaeoslavicum,) Dissertatio ad lauream in facultate philosophica Universitatis Carolinae Pragensis proposita et approbata. Pag. 3 + 287. Manuscriptum ineditum.

Conclusiones huius operis diligentissime confecti afferimus, ut peritos ad hasce quaestiones attentos reddamus: 206 lectiones graves vel mediocres Psalterii Sinaitici Palaeoslavici in manuscriptis Latinis fundantur. Praeterea 93 constructiones syntacticae cum textu Latino concordant. Multae aliae lectiones Palaeoslavicae specimina Graeca non excludunt, sed in manuscriptis Graecis lectiones analogae non inveniuntur. Cum supradictae lectiones in toto

Psalterio et in omnibus manuscriptis Palaeoslavicis exsistant, *textus Psalterii*, quem e codicibus Sinaitico, Pogodiniano, Bononiensi, Bucurestensi novimus, per influxum *textus Latini tactus esse fatendus est*. Dimidia fere pars lectio-
num a Latino exemplo dependentium e *textibus Latinis veteribus* (Itala) aut
e Psalterio s. Hieronymi secundum Hebraeos provenit. Paucae lectiones per
Vulgatam solam explicari possunt. Influxus Latinus et qualitate et quantitate
lectionum concordantium multo certis demonstratur quam influxus lectionum
Graecarum occidentalium, ergo concedendum est *textum Latinum in versio-*
nem Palaeoslavicam revera influxum exercuisse. Nihilominus non potest ne-
gari etiam nonnullas lectiones graves codicum Graco-Latinorum, praesertim
RHD (Veronensis, Coislianus, Basileensis), in Psalterium Palaeoslavicum
influxisse. Utrumque concedi et conciliari potest, si Psalterium triplex aut
quadruplex codicibus RHD propinquum tamquam exemplum presupponitur
(nullus codicum RHD omnes lectiones Veteroslavicas explicare valet). Lat-
inismi iam in prototypo communi Palaeslavico codicum Sinaitici, Bononiensis,
Pogodiniani, Bucurestensis inveniebantur. Codice horum recentiores mino-
rem numerum latinismorum continent quam antiquiores, ergo tempore pro-
cedente *textus Psalterii corrigebatur*, latinismi per lectiones recensionis Lu-
ciani supplebantur. Excipiuntur casus rarissimi, ubi lectio Luciani per latinis-
mum posteriorem suppleta admitti potest. Quibus consideratis historia *textus*
Psalterii Palaeoslavici ita proponitur: 1. Psalterium Cyrillo-Methodianum
e *textu quodam composito*, lectionibus Luciani fortasse prevalentibus, trans-
latum est. 2. Prototypus Psalterii Sinaitici secundum versiones Latinas Ve-
terem, Vulgatam et secundum Hebraeos simulque (eodem tempore?) secun-
dum codicem quendam occidentalem (bilinguem) ad RHD proprius accendentem
correctus est, unde lectiones Latinae et Graecae occidentales in Psalterium
Sinaiticum et in alia Psalteria Veteroslavica pervenerunt. 3. Posteriore tem-
pore *textus Veteroslavicus secundum recensionem Luciani corrigebatur* (in
Sinaitico correctiones prima manu factae). 4. Singulae tantum lectiones no-
viter secundum *textum occidentalem corrigi* potuerunt. 5. Ultimo Psalterium
Sinaiticum secundum codicem quendam Palaeoslavicum ad Pogodinianum vel
Bononiensem proprius accendentem *correctum* est. Quando *correctio sub 2)*
facta sit, non potest dirimi, sed iam aetate Cyrillo-Methodiana vel tempore
episcopatus s. Methodii omnes condiciones ad eam perficiendam praesto erant.

b) Theologia ss. Cyrilli et Methodii.

CARD. ERMENEGILDO PELLERGRINETTI: *La catechesi cris-
tologica dei SS. Cirillo e Methodio. L'Oriente Cristiano e l'Unità
della Chiesa* 17, 1939, 113-122.

FRANCISCUS GRIVEC: *Vitae Constantini et Methodii. Versio
Latina, notis dissertationibusque de fontibus ac de theologia ss.
Cyrilli et Methodii illustrata*. AAV 17, 1941, 1-127, 161-277.

Vide, quae auctor de nova editione huius operis superius scripsit.

FR. GRIVEC: *Cyrilova křesťanská moudrost. Z doplňků k novému vydání života slovanškých apoštolů.* (Sapientia christiana s. Cyrilli. Quaedam de additamentis ad novam editionem vitae apostolorum Slavicorum.) ACM 33, 1946, 328-329.

Conceptus sapientiae christianaæ seu philosophiae apud s. Constantiū-Cyrillum sanctitatem et in specie virginitatem (sponsalia mystica s. Constantini cum Sapientia divina votum perfectae castitatis significant), simulque etiam vehementem amorem scientiae continebat.

c) *Liturgia Palaeoslavica.*

JOSEF VAJS: *Kánon charvátsko-hlaholského misálu vatikánského illir. 4.* Protějšek hlaholských listů Kyjevských. (Canon missalis Croatico-Glagolitici Vaticani illir. 4. Analogon Foliorum Glagoliticorum Kyjevensium.) ČMF 25, 1939, 113-134. Separatum pag. 25 + 7 folia reproductionum photographicarum.

Auctor probat laudatum canonem Glagoliticum a saec. XIV. esse partem sacramentarii Cyrillo-Methodiani, cuius exemplum Latinum simile vel identicum erat cum canone sacramentarii Paduani sign. D 47, quođ simul etiam propinquum est exemplo Foliorum Glagoliticorum Kyjevensium. (Conf. Josef Kurz in Slavia 17, 1939-40 40, 305-7.)

JOSEF VAJS: *Mešní řád charvátsko-hlaholského vatikánského misálu illir. 4. a jeho poměr k moravsko-panonskému sakramentáři stol. IX.* (Quomodo ordo missalis Glagolitici Vaticani s. XIV. ad sacramentarium Palaeoslovenicum s. IX. referatur.) AAV 15, 1939, 89-141 + 7 folia reproductionum photographicarum.

Argumentis philologicis innixus aliquas partes ordinis missae in laudato missali Glagolitico temporibus ss. C. et M. auctor tribuit. (Conf. Antun Šimčík in Bog. smotra 18, 1940, 143-144.)

JOSEF VAŠICA: *Slovaňská liturgie nově osvětlená Kijevskými listy.* (De liturgia Slavica per Folia Kyjevensia noviter illustrata.) Slovo a slovesnost 6, 1940, 65-77. Brevius in ACM 31, 1940, 212-217, 252-256.

Folia Kyjevensia supplementum esse liturgiae s. Petri a s. Constantino-Cyrillo translatae probatur. Argumenta in Byzantinoslavica 8, 1939—1946, 1-54 fusius proponuntur.

JOSEF VAŠICA: *Slovanská bohoslužba v českých zemích.* (Liturgia Slavica in terris Bohemicis.) In: Pro život, volumen 11. Edidit Vyšehrad, Praha 1940. Paginae 32. Pretium 3.60 Kčs.

Opusculum hoc quattuor praelectiones continet, quas cl. auctor, in quaestib⁹nibus de liturgia Slavica peritissimus, anno 1940 mensibus Februario et

Martio in transmissionibus radiophonicis Pragae protulit. Agitur vero praelectione prima de origine liturgiae Slavicae sub ss. Cyrillo et Methodio, in altera de tempore s. Venceslai, in tertia de epocha s. Adalberti et s. Procopii necnon de monasterio Slavico Sázaviensi, in quarta de excidio liturgiae Slavicae in Bohemia eiusque resuscitatione sub imperio Caroli IV. in monasterio Emmautino Pragae, dicto „Na Slovanech“. In fine mentio fit privilegii a Benedicto PP XV. aliquibus locis Bohemiae et Moraviae anno 1920 concessi utendi lingua Slavica certis diebus in missis ritus Romani. In annotatione finali commonet auctor se uti non potuisse opere, nuperrime a V. Chloupecký edito: „Prameny X. století legendy Kristiánovy o sv. Václavu a sv. Ludmile“ (Fontes legendae de s. Venceslao et s. Ludmila saeculo X. a Christiano scriptae. Prodiit in Collectaneis de s. Venceslao, vol. 2., pars 2. Praha 1939), ubi in pag. 401—455 hocce thema novissime complete pertractatur. Nihilominus praesens opusculum, extensione quidem parvum, argumento men ditissimum, omnia fere de fatis liturgiae Slavicae in Bohemia, Moravia, partim etiam Silesia et in confinibus Cracoviae hucusque nota, stilo eleganti simulque verbis ad intellectum omnium accommodatis breviter enarrata comprehendit. - *Vojtěch Tkadlčík*.

Dr JOSEF VAŠICA: *Slovanská liturgie sv. Petra.* (Liturgia Slavica s. Petri.) Sumptibus theologorum III. ordinis s. Dominici, Olomouc 1945. Paginae 14. Pretium 5.- K.

De liturgia Slavica s. Petri lectionem habuit in feriali cursu academicis iuuentutis in Kokory, Moraviae oppido, anno 1945 professor Carolinae universitatis Dr Josef Vašica. Respondebat succincte ad quaestionem, fuerit-ne liturgia Slavica ss. Cyrilli et Methodii ritus orientalis-Byzantini an occidentalis-Romani. Innixus profundis investigationibus dris Vajs, qui in vetustissimo Croatico-glagolitico missali Romano (Illir. 4. e saeculo XIV.) originalem incorruptumque textum canonis missae iam temporibus ss. Cyrilli et Methodii usitatae detexisse probavit, Dr Vašica ulteriori comparatione illius Croatico-glagolitici missalis cum sic dicta liturgia s. Petri (id est Graeca versione missae Romanae sub Byzantino influxu formatae) facta invenit ibi vestigia originalis textus Graeci. Itaque sibi persuasum habet liturgiam s. Petri iam temporibus s. Methodii in Moravia viguisse, cuius sententiae veritatem et historicum testimonium XI. capitinis Vitae s. Methodii fulcire videatur, ubi expresse mentio fit de celebratione liturgiae s. Petri. Versio Slavica liturgiae s. Petri conservata est in manuscripto e saec. XVIII. monasterii Serbici Chilandar in monte Athos atque edita ab episcopo Porphyrio Uspenskij (Vtoroe putešestvie po sv. gorě Athonskoj, Moskva 1880, pag. 179—185) et secunda vice a Polychronio Syrku (K istorii ispravlenija knig v Bolgarii. Sanktpeterburg 1890). Quamvis hic textus liturgiae Slavicae s. Petri unicus hucusque notus in codice manuscripto seriore conservatus multipliciter corruptus est, tamen concludere licet, eum ultimo ad originalem versionem liturgiae s. Petri cyrillomethodianam ascendere. Hac occasione putat etiam Dr Vašica antiquissimum documentum glagoliticum in Bohemia saeculo X.

exortum Folia Kyjevensia (Kyjevské listy) supplementum quoddam fuisse liturgiae s. Petri, cui tamquam unico per totum annum formulari maiorem varietatem addebat. Fusius cum apparatu scientifico hanc quaestionem Dr Vašica iam tempore belli illustravit, sed publicare prohibitus est. *Jemelka.*

JOSEF VAŠICA: *Slovanská liturgie sv. Petra.* (De liturgia Slavica s. Petri.) *Byzantinoslavica* 8, 1939-1946, 1-54.

Recensio huius operis a prof. J. Vajs in fasciculo sequenti dabitur.

FR. GRIVEC: *Slovansko bogoslužje v Panoniji.* (Liturgia Slavica in Pannonia.) *Glasnik Muzejskega društva za Slovenijo* 21, 1940, 60-62. Bohemice vertit Dr J. Springer in *ACM* 32, 1941, 38-42.

Auctor resumit investigationes recentes de versione Cyrillo-Methodiana liturgiae Slavicae ritus Byzantini et Romani (Weingart, Vajs, Vašica).

CHER. ŠEGVIČ: *Le origini del rito slavo-latino in Dalmazia e Croazia.* *Ephemerides liturgicae* 1940, 38-66.

Auctor renovat opiniones iam dudum a viris peritissimis refutatas de origine liturgiae Glagoliticae ante-Cyrillo-Methodiana (a temporibus papae Ioannis IV. et s. Agathonis saec. VII.). Argumenta eius nullius sunt momenti. Dolendum vero est hiusmodi fabulas in foliis scientificis internationalibus locum occupare et imperitos in errorem inducere. Confer ČKD 81 (106), 1941, 107-109.

II. SECTIO ORIENTALIS

1. ECCLESIOLOGIA ET UNIONISMUS

a) Ecclesiology.

Dr F. GRIVEC, *Cerkev.* 2. ed. Ljubljana 1943. Pg. 400.

Primam editionem libri (1924) papa Pius XI. laudavit litteris die 31 Martii 1924. Nova editio aucta et emendata est. Libro adiectus est conspectus lingua Latina, quem hic proferimus.

Praesens liber de Ecclesia ab usitata huius doctrinae tractatione eo differt, quod obiectionibus theologiae protestanticae non neglectis, doctrinae orientis dissidentis atque mentis aetatis modernae praecipuam habet rationem. Methodum apologeticam analyticam (empiricam) ad mentem concilii Vaticani cum methodo synthetica coniungit. Intimum Christi cum ecclesia nexum expnendo, amorem erga unam Christi ecclesiam fovere studet.

In introductione (pg. 3-21) variae methodi tractationis de ecclesia explicantur, praecipue methodus empirica facti catholici. Facta miranda etiam atheos movere possunt (pg 5 et 291), ideo non improbanda est methodus ascendens; Ecclesia - Christus Deus.

Sectio I. (pg. 22-118) disserit de divina institutione ecclesiae eiusque hierarchica constitutione. Convenientia ecclesiae vivaque auctoritatis infallibilis explicata, historicae demonstrationi via paratur. In capite de regno Dei (32-55) relatio huius conceptus ad conceptum ecclesiae ac corporis Christi mystici determinatur; non negligendum est momentum huius conceptus pro via christiana (Cor Iesu, Christus Rex). Demonstratio divinae institutionis ecclesiae hierarchicae exponitur per gradus: Ecclesia evangeliorum (institutione ecclesiae), ecclesia apostolica, ecclesia christiana primitiva postapostolica (episcopi successores apostolorum). Independentia ecclesiae; potestas regendi; infallibilitas ecclesiae. Relatio ecclesiae hierarchicae ad vitam christianam (114-117, Vl. Solovjev).

Sectio II. de corpore Christi mystico (pg. 118-162) tractatui de primatu viam parat. Haec sectio typis expressa est, antequam litterae encycliche P. Pii XII. *Mystici Corporis Christi* in lucem editae sunt. Multi quidem auctores catholici hunc sublimem ecclesiae conceptum illustraverunt, attamen nullius hucusque hanc quaestionem in tractatum de ecclesia tam systematice intexuit. Inter auctores catholicos de hac quaestione S. Tromp ceteris praeferrendus esse videtur. Tractatus sic dispositus est: Ecclesia est corpus, corpus Christi (hac locutione analogica relatio realis ad Christum exprimitur), corpus mysticum, caput corporis ecclesiae; anima ecclesiae est S. Spiritus; variae metaphorae. Corpus mysticum est communio (organismus) sacramentorum (146-149). Relatio corporis mystici ad hierarchicam (et monarchicam) ecclesiae constitutionem enucleate exponitur (149-157). Relatio corporis mystici ad ecclesiam expressa est verbis s. Pauli: *Corpus Christi, quod est ecclesia.* Maior pars huius sectionis lingua latina vulgata est in Bog. *Vestnik* 1942, 14-34 (etiam separate edita). Quae tractatio a litteris encyclicis P. Pii XII. (in appendice 381-395 expositis) methodo potius quam re differt.

Sectio III. (pg. 163-279) de primatu s. Petri, de primatu et infallibilitate successorum s. Petri. Obiectiones protestantium et orientalium dissidentium methodica doctrinae catholicae expositione saepe praeveniuntur. Nova argumenta e vita scriptisque ss. Cyrilli et Methodii (233-236) depromuntur. In capite de discrepantia inter traditionem orientis christiani de primatu ac byzantinam (et hodiernam dissidentium) doctrinam fructus indagationum ipsius auctoris proponuntur (236-244). Nexus primatus cum Roma ad mentem concilii Vaticani exponitur (255-257); plures auctores catholici acta concilii Vaticani hic plus iusto praetermisserunt. Relatione inter sanctitatem et infallibilitatem explicata, sistema doctrinæ dissidentium de infallibilitate R. P. refellitur (268-272).

Sectio IV. de proprietatibus et notis ecclesiae (281-334) uberioris methodi empiricae facti catholici rationem habet; nexum huius methodi cum usitata methodo comparativa ac cum historica demonstratione de constitutione ecclesiae ac primatu ostendit. Methodus notarum ad ecclesiam orientalem dissidentem accuratius applicatur, ratione habita eorum, quae M. Jugie (in DTC 1467) de hac quaestione recentissime observavit.

Sectio V. doctrinam de neccesitate ecclesiae, de membris ecclesiae, de relatione ecclesiae ad statum breviter exponit (pg. 335-347).

Sectio VI. de exercitio magisterii ecclesiastici (pg. 348-376) in sex dicitur capita: 1. de subiecto magisterii ecclesiastici; 2. de exercitio (ordinarii) magisterii Romani Pontificis; 3. de conciliis oecumenicis; 4. de ordinario episcoporum magisterio; 5. de obiecto magisterii ecclesiastici; 6. de traditione. In capite 3. et 4. doctrina theologiae orientalium dissidentium exposita, ostenditur ecclesiam dissidentem vivo magisterio post schisma destitutam esse. In capite de traditione nexus huius doctrinae cum capite de subiecto et exercitio magisterii ecclesiastici methodice ostenditur ac monetur, ne eadem in capitibus repetantur.

Opus concluditur monitis de officiis fidelium erga ecclesiam, de actione catholica ac monitis practicis pro concionibus de ecclesia.

In appendice exponuntur litterae encycliche P. Pii XII. de Mysticis Jesu Christi corpore (pg. 381-395); expositis, quae in litteris continentur, ostenditur nexus cum sectione II. libri praesentis ac cum capite de facto catholicis.

Supplementa ad hanc novam editionem auctor in nostris Actis AV proferet: De nexu primatus cum sede Romana (in praesente fasciculo); de Canonisatione sanctorum, ratione habita quaestione de sanctitate Cyrilli et Methodii; de Corpore Christi mystico e. a.

S. TYSZKIEWICZ SJ: *La Sainteté de l'Église Christoconforme. Ébauche d'une ecclésiologie unioniste*. Edidit: Pontificium Institutum Orientalium Studiorum Romae, 1945, p. 286.

Unus e Professoribus Pontificii Instituti Orientalium Studiorum de Urbe diuturni laboris fructum legentibus porrigit. Ad elaborandam „ecclesiologiam unionisticam“ intendit contribuere operam. Fundamentum huius ecclésiologiae henoticae demonstrat esse conformitatem Ecclesiae cum Christo. ex qua conformitate emanare Ecclesiae sanctitatem, quam fratres nostri Orientales tanti faciant. Nunc iam litteris encyclicis Summi Pontificis de Corpore Christi mystico proclamatis aspectum istum christocentricum Ecclesiae fidentius evehi posse.

In prima parte operis „principia generalis ecclésiologiae unionistiae“ evolvuntur. Speciali mentione digna videtur expositio doctrinae de divino-humanitate, de cooperatione instrumentalis, de lege uni-diversitatis. In altera vero parte diversi „aspectus sanctitatis Ecclesiae conformis cum Christo“ explicantur, nimirum aspectus charilogicus, christologicus, soteriologicus, theologalis, theophanicus, mariologicus, ethicus, hagiographicus, historiosophilicus aliquique aspectus ecclésiologici.

Opus hocce auctor multa cum modestia praefatus est: se nullam doctrinae structuram systematicam audere, consilia peritorum exspectare novumque opus complementarium, Deo favente, promittere.

Systematica doctrinae elaboratio aliam, procul dubio, formam libro impri-meret.

R. P. Tyszkiewicz in praesenti libro extraordinariam prodit eruditionem

theologicam, utilissimam notitiam experientiamque doctrinarum necnon mentalitatis, quam vocant, christianorum Orientalium Slavorum, quae quidem notitia et experientia maxime splendent, cum diversae quaestiones controvrtuntur. In eristica enim arte unionistica, quam cum benevolentia et christiana caritate coniungit, R. P. Tyszkiewicz, nostra sententia, vix inter vivos parem habet.

J. Mastyl'ak CSSR.

FRIEDRICH HEILER: *Altkirchliche Autonomie und päpstlicher Zentralismus (Die katolische Kirche des Ostens und des Westens. Vol. II.)* München 1941. Ed. Ernest Reinhardt, München. XVI., 420 pag. Pret. RM 7, lig. RM 9.

Magnum opus F. Heiler: Die katholische Kirche des Ostens und des Westens (dispositum est ab auctore in 3 volumina) vol. I. prodiit sub titulo: Urkirche und Ostkirche. München 1937. Nescimus, hucne opus magnae extensionis necnon utilitatis post secundum bellum mundanum (1939-45) ad finem perduci possit.

Prima pars voluminis II, de qua hic scribimus, tota dedicata est Ecclesiae catholicae. Liber prof. Heiler, opus multorum annorum laboris, repreäsentat primam partem iam diu exhausti operis auctoris: Der Katholizismus, seine Idee und seine Erscheinung. München 1923, totaliter de novo elaboratam.

Liber apud catholicos lectores in multis veram admirationem excitat. Nam auctor multis argumentis demonstrare conatur, antiquam Ecclesiam occidentalem similem multiformitatem ac ecclesias orientales in antiquitate christiana habuisse. Hoc significat eam ex pluribus autonomis ecclesiis constitisse, cum propria constitutione ecclesiastica, propria liturgia et intima cum vita populi coniunctione (I, 3-184).

In prima parte (3-184) enumerat auctor omnes illas antiquas „autonomas ecclesias occidentales“, i. e. ecclesiam in Africa superiore, eccl. Hispanicam, eccl. Gothicam (cum ritu Mozarabítico), eccl. Gallicam et Francam, eccl. Mediolanensem (cum ritu Ambrosiano), eccl. Venetianam, eccl. Celticam (Britannicam, Hibernam, Scoticam) et ecclesias „Arianas“ Germanicas. Historia organisatio, doctrina, liturgia, vita ecclesiastica uniuscuiusque ecclesiae „autonomae“ abunde describitur. Heiler opinatur ecclesias Germanicas nobis exemplum dare mutuae penetrationis elementi ecclesiastici et elementi popularis (182 ss.). Germanicae gentes formam „Arianam“ christianismi acceperunt, hanc autem formam elementa popularia, nationalia conservavisse Heiler dicit. Omnes Germanicae gentes, quae a forma „Ariana“ christianismi ad christianismum orthodoxum pervenerunt, paulatim propriam suam linguam, primum in liturgia, postea etiam in vita privata perdidérunt, v. gr. Burgundi. Langobardi etc. Cum gentes istae, quod ad linguam pertinet, Romanae succubuisserunt, nationales autonomas ecclesias Germanicas uniformis Ecclesia Latina superavit (missio Romana s. Bonifatii). Sed elemento ecclesiastico populari dilapso spiritus eius tamen non periit. Conceptio ecclesiae nationalis apud Germanos nunquam occidit. Idea haec in medio aevo vivebat, de novo cum reformatione in Germania, Anglia, Scandinavia etc. revixit. Immo

ipsa Ecclesia Romano-catholica in Germania in confinio 18. s. idea ecclesiae nationalis Germanicae excitata est (Febronius, postea J. Döllinger). Vetero-catholicismus, catholicismus reformatus etc., haec omnia, ut Heiler opinatur, ostendunt, quam mentibus Germanorum insita sit antiqua idea ecclesiae nationalis. Magnam quaestionem organicae incorporationis nationalis ecclesiae in Ecclesiam catholicam universalem, in saeculis 4.-6. parum solutam pariter ac in saec. 19, usque adhuc apertam esse auctor declarat. Omnes orthodoxas ecclesiasticas provincias et ecclesias occidentales, similiter ac orientales, auctoritativam supereminentiam cathedrae Romanae agnoscisse, attamen primatum Romani episcopi primis temporibus tum in Occidente cum in Oriente nullo modo cum activa iurisdictione coniunctum esse, sed ecclesias occidentales per tot saecula omni centralistica directione liberas fuisse eo modo, quo etiam hodierno tempore ecclesiae orientales liberae sint. (185).

Sit nobis indulgendum, sed librum cl. prof. Heiler legentes semper nobis videtur, id, quod conclusio totius laboris debet esse (scilicet Ecclesiam occidentalem ex autonomis, nationalibus ecclesiis constitisse), ab auctore iam ab initio praeconceptum et a priori positum esse. Diversi errores in fide, consuetudines in liturgia, vita eccl. etc., diversa elementa popularia in christianismo autonomiam provinciae ecclesiasticae non constituunt. Non obstantibus omnibus differentiis loci, linguae et nationis omnia consistunt in conscientia adhaesione ad unum totum, ad unicum Christi Ecclesiam, ab episcopo Romano representatam.

In secunda parte operis (186-393) auctor ostendit, quomodo centralismus papalis, qui totam structuram Ecclesiae occidentalis transmutavit, extiterit et creverit, quomodo e primatu Romanae ecclesiae, qui fuissest primatus tantum honoris, in epocha Postnicaena universalis primatus iurisdictionis ortus sit. Hic primatus vitam ecclesiasticam in Occidente semper magis coniungebat, similia iura etiam in Oriente christiano usurpare volebat, frustra tamen. Ex hoc iuridico primatu postremo ille mediaevalis imperialismus papalis cum magis magisque profana forma extitit. Hic est, stricte dicto, ordo dicens huius partis libri.

Ad historicam primatus Romani pontificis evolutionem Heiler deliberationem adiungit, qua ex parte evolutio haec organica, qua ex parte deviatio fuerit.

In conclusione libri conspectum dat spem pontificatus veteris christianismi, d. „papae angelici“, spem, quae ei in reformato catholicismo 20. saeculi revixisse (cfr. Der Katholizismus der Zukunft. Aufbau und kritische Abwehr. Leipzig 1940, 107 ss.) et in qua conscientia christianismi Romano-catholici de totali transmutatione hodierni systematis ecclesiastici expressa esse videtur (386-393).

Plurimae bibliographicae adnotationes, citationes etc. sat copiosae, index nominalis et realis adduntur huic magno operi vetero-catholici auctoris. Nihilominus cum eius conceptione catholicae Ecclesiae necnon evolutione primatus pontificis Romani non possumus consentire. *Dr Ant. Salajka.*

P. Dr GABRIEL KOSTEL'NYK: Ап. Петро і римські папи або доктричні підстави папства. (*Apostolus Petrus et Romani Papa seu fundamenta dogmatica papatus*). - Editit Comitatus promovens reunionem ecclesiae graeco-catholicae cum ecclesia pravoslava residens Leopoli. - Leopolis 1945, pag. 58, exempl 5.000.

Antesignanus recentis motus schismatici in Galizia seu „Ucraina occidentali“, sacerdos Dr Gabriel Kostelnyk anno 1945 primum hunc in lucem editit librum aliosque libros edendos promisit (pag. 3, 57.) ut „fratribus uniatis „solveret conscientiam quam conscientiam Roma quasi in nomine Jesu Christi, re vera autem proprii lucri (interesse) gratia ligavisset“ (pag. 56).

Itaque auctor cum ira et studio discutit „fundamenta papatus seu divini primatus iurisdictionis Romani episcopi quasi ab apostolo Petro haereditate accepti“ (ibidem). Sex capitibus monarchicam Ecclesiae catholicae institutionem data opera aggreditur, quorum capitum tituli sunt: I. Nova fides (p. 4-11). - II. Jesus Christus et apostolus Petrus (11-25). III. Apostoli et apostolus Petrus (26-33). IV. Sancti Patres de apostolo Petro (33-43). V. Concilia oecumenica primi millennii de primatu papali (43-50). VI. Fueritne apostolus Petrus Romanus episcopus? (50-56).

Totum fere, quod auctor de praemissis catholicis, ceteroquin cum nonnullis protestantibus auctoribus, admittit est quod sanctus Petrus sibi meruerit primatum *historicum, intransferibilem, personalem, moralem*, qui iam amplius repeti non possit“ (pag. 16, 32 etc.) quodque „Roma mortuus sit, sed Romanus episcopus nunquam fuerit“ (p. 56). Ceteram vero totam ideologiam papatus nonnisi superstructuram esse affirmat omnino a Christo eiusque evangelio alienam (cfr. praes. p. 11) quam cupidio imperii et gloriae admolita sit.

Particularis totius operis disquisitio nonnisi in speciali dissertatione institui posset. Idcirco hic tantum in genere animadvertisimus:

Argumentationes auctor modo profert oratorio, vix non demagogico. Abstrahit ab argumentis sibi inopportunis, v. g. a testimonio sancti Ignatii Antiocheni, sancti Irenaei de conformitate omnis ecclesiae cum ecclesia Romana habenda, de sanctorum Cyrilli et Methodii scholio slavico in 28. canonom Chalcedonensem. Studia historica catholica, ut est „Cathedra Petri“ Rev. mi Batiffol, immo vel „La Russie et l'Eglise universelle“ Vladimiri Soloviev, ignorare videtur. Sed testimonia sibi arridentia seligit, selecta adaptat, adaptata retorquet et acuit. Sermonem suum condit dictis lepidis, sarcasticis, quin etiam vulgaribus. Impatiens loquitur de Romana hysteria, insania (mangactvo), praestigatione (žongljuvannja) (pag. 31, 25, 45, 47 ...) Doctrinam catholicam perperam intellectam modo absono ad absurdum deducit.

Neque vero doctrinam catholicam de primatu eiusque evolutionem scriptor noster recte iusteque intelligere proferre potuit. Sensus catholicus de vicarietate potestatis papalis et de christiani dogmatis evolutione prorsus eum latere videtur. Opera ut „L'évolution homogène du dogme catholique“ Patris Marin-Sola O. P. vel primum librum de evolutione dogmatis in opere Vladimiri Soloviev „Historia et tempus futurum theocratiae“ auctor noster aut

ignorat aut ceteros ea ignorare vult. Quinimmo iuxta sensum catholicum absona est eius anticatholica ironia de retrovalentibus anathematismis concilii Vaticani contra primaevos Patres (cfr. pag. 35, 40, 48...)

Sub pallio argumentationis schismatica Dris Kostelnyk apparet tunica protestantica. Apodictice statuit quo claro modo Christus Dominus in Scriptura loqui debuerit ut catholici primatum apostoli Petri contendere queant (pag. 18, 20, 21 etc.). Sed pro sententiis suis anticatholicis, quas mordaciter tuetur, opinione conclusionesque personales recipit. Limitem ecclesiologicum versus protestantes transgreditur.

Tota positio, immo et solutio quaestiones religiosae et ecclesiasticae initiari jucique videtur factis eventibus exterioribus, motivis nationalibus, ut legentibus opus hocce sponte veniat in mentem adagium: Religio est ancilla nationis, ecclesia ancilla status. Auctor profecto spiritum Christi, veritatem eius liberatricem appellat (e. g. pag. 3, 11...), contra Romanam arrogiam, vim, astutiam invehitur, sed re quidem vera, vel pacatissimus lector operis istius vix verum sensum Christi caritatemque christianam spirantem in libro inveniet.

Si circumstantiae externae mutarentur, non apparet cur Dr Kostelnyk iuxta internam suam ideologiam pro aris et focus protestantium dimicare nequiret.

Mirum quoque est auctorem „magnam litem inter ecclesiam Romanam et Graecam“ (pag. 3) studiis „in ipsis fontibus (concilis, litteris paparum etc) fundatis“ (pag. 57) solvere velle sed ne verbo quidem meminisse praecleari illius viri qui quinquaginta abhinc annis inter Slavos idem anhelaverat. At vix inconscie verbis Solovievianis in problemate ponendo utitur! Econtra nomen alterius praecleari unitatis catholicae confessoris, excellentissimi metropolitae Leopoliensis, comitis Andreae Szeptyckyj, in opere anticatholico appellare vix non iniuriosum videbitur.

Dolendum est Drem Kostelnyk sensu integralis cohaerentiae realitatis christiana tum in sphaera theoretica tum in sphaera practica carere ingeniumque suum fluctuans data opera quaestionibus christianis maximi momenti impendere parvo respectu habito totalitatis et consequentiae christiana (ipse fatetur prasentem librum anticatholicum quoad substantiam et alia quoque similia scripta inde ab anno 1931 a se ut sacerdote graecocatholico scriptos esse, p. 57).

Equidem possunt res divinae humanaeque iuxta diversa plus minusve limitata criteria aestimari, quae criteria quamvis obiective insufficientia, subiective tamen iusta esse credi, praesumi vel simulari possunt. Expedit tamen viro christiano criteria sua non solum ad proprii revocare trutinam praesentis iudicii, sed et ad illum referre tremendum iudicium Christi, in quo ignis probabit uniuscuiusque opus quale sit (I. Cor. 3, 14.)

Utinam et auctor istius operis id fecisset priusquam opus suum anticatholicum aggrederetur!

Sc. Eccl. Or. Dr I. Mastyl'ak C. SsR.

DVORNÍK, F.: *National Churches and the Church Universal*. East. Church. Quart., Julius-December 1943, p. 172-219.

GRIVEC, Fr.: *Controversia de corpore Christi mystico*. AAV 17, 1941, 152-154.

GRIVEC, Franc: *Cerkev telo Kristusovo*. (Ecclesia corpus Christi.) Bogoslovni vestnik 1942, 1-34.

LIALINE, D. C.: *Une étape en ecclésiologie*. Réflexions sur l'encyclique „Mystici Corporis“. Irénikon 19, 1946, 129-152, 283-317.

LUSKA, Dr Josephus: *De argumentis Eugenii Akvilonov contra conceptum ecclesiae prout ea est societas*. (Dissertatio historico-dogmatica.) AAV 15, 1939, 228-258; 16, 1940, 1-26, 103-148. Separatim Olomucii 1940, pag. 118.

SALAJKA, Antonín: *Pojem (definice) církve u východních odložených theologů*. (Definitio Ecclesiae apud orientales theologos dissidentes.) ČKD 81 (106), 1941, 281-288.

SALAJKA, Antonín: *O známkách Církve Kristovy*. (De notis Ecclesiae Christi.) ČKD 83 (108), 1943, 1-20, 80-84.

SALAJKA, Antonín: *Nauka theologů o Církvi jako mystickém těle Kristově*. (Doctrina theologorum de ecclesia, corpore Christi mystico.) ČKD 84 (109), 1944, 1-13.

SALAJKA, Antonín: *Encyklika papeže Pia XII. o Církvi - mystickém těle Kristově*. (Litterae encyclicae Pii papae XII. de Ecclesia, corpore Christi mystico.) ČKD 84 (109), 1944, 193-209.

TYSZKIEWICZ S. J., S: *Ou en est chez nous la doctrine de la divinohumanité de l'Église*. OCP 7, 1941, 370-405.

b) *Unionismus*.

J. TYCIAK, G. WUNDERLE, P. WERHUN, *Der christliche Osten. Geist und Gestalt*. Oriens christianus. Spiritus et forma. Regensburg 1939, S. 408, geb. 9.80 RM. Verlag Fr. Pustet, Regensburg.

In memoriam concilii florentini (1438-39) editum est hoc opus, in quo elucubrationes auctorum occidentalium et orientalium reperiuntur.

Metropolita Andreas Szeptyckij in Introductione periculosam inclinationem russicae intelligentiae ad protestantismum (praesertim in emigratione) commemorat. In theologica parte operis J. Tyciak diversum conceptum ecclesiae apud auctores orthodoxos explicat. O. Casel analysis liturgiae orientalis tradit. K. Kirchhoff orientalem annum ecclesiasticum tractat, R. von Walter

de russica devotione scribit, in qua principalem locum idea mortis occupat. G. Wunderle substantiales notas mysticae orientalis ex operibus Symeonis Theologi ostendit. N. von Arseniew ascetico-mysticam viam monachismi orientalis, presertim russici tractat additque sententias magistrorum vitae spiritualis. G. Wunderle novam monasticam vitam in monte Athos describit, de cultu imaginum etc. optime tractando. K. Pfleger mentem s. d. novoorthodoxam (apud Institutum orthodoxum Parisiis) explicat cum suis tendentiis theandristico necnon sophiologia (Sergii Bulgakov).

In historica parte libri M. Tarchnišvili condicionem christianismi in Oriente ante schisma describit, P. Werhun unionem ecclesine in Byzantio et Europa orientali explicat historiamque Graecorum, Bulgarorum, Rumenorum etc. usque ad nostra tempora praebet. In speciali tractatu historiam unionis in mundo slavico orientali (apud Ucrainos, Ruthenos presertim) describit. Unionem apud Armenos, Melkitos etc. P. Krüger tractat. De ritibus orientalibus in universum, deinde de signulis in specie brevem conspectum (cum hodierna organisatione ecclesiastica et statistica) dat P. Werhun. Psychologicam partem „unionis ecclesiarum“ ostendere conatur A. Heitz et E. Heufelder. In fine operis A. Werlé conspectum effatum Pii XI. erga Orientem christianum adfert.

Liber illustrationibus artis orientalis et byzantinae ornatur. In fine index realis reperitur. Opus hoc valde eximum in litteratura unionistica ducendum est, nam Orientem cum Occidente appropinquare vult et suo contentu omnibus qui in campo unionis ecclesiasticae laborant, multum adfert.

Dr Ant. Salajka.

Dr JOSEF CASPER: *Um die Einheit der Kirche. Gespräche und Stimmen getrennter christlicher Brüder. Ad unitatem Ecclesiae. Colloquia et voces fratrum separatorum christianorum. Wien 1940. S. 352, geb. 5.80 RM. Verlag Fr. Beck, Wien.*

Post copiosum librum: Die eine Kirche. Padernborn 1939 - Una Ecclesia, in memoriam theologi J. A. Möhler editum, in quo etiam aliquot articuli ad quaestionem ecclesiasticae unitatis pertinentes continentur, alias attentione dignus liber prodiit, qui catholicos, evangelicos et orthodoxos ad eandem rem spectantes exhibit articulos.

Opus (a J. Casper collectum) obiective, aperte, sed in sensu irenico de separatione necnon reunione totius christianismi in una Christi Ecclesia tractat. Post verba introductoria (Casper) ad omnes christianos directa (pg. 5-8), sequuntur articuli: Ecclesia (9-36), Christus in Ecclesia (37-46), De unitate Ecclesiae (47-108), Christiani sibi occurrunt (109-144), Viae ad unitatem (145-174), Pontes ad unitatem (175-266), In via ad unitatem (267-320), Future eventus christianismi (321-344). Ex omnibus articulis, quorum maxima pars a catholicis, minor pars ab evangelicis, unus ab auctore orthodoxo provenit, appetet aegre hodiernam separationem christianorum ferri et viae ad unitatem Ecclesiae restaurandam quaeruntur. Ostenditur, unitatem Ecclesiae

maximum beneficium omnibus christianis esse, munus eorum in labore ad unitatem Ecclesiae renovandam ponendum esse.

Quamquam in tot articulis diversi conceptus unitatis Ecclesiae, muneris et viae singularum confessionum christianarum reperitur, nihil minus necesse est hanc congeriem articulorum ad quaestionem iam per saecula ab omnibus christianis aegre latam spectantem salutare, nam in ea christiani adhuc separati, sibi ignoti, saepe praeiudicio imbuti ad communem opinionum communicationem conveniunt. Et revera imprimis in hoc sensu liber hic attentione dignus esse videtur. Plures articuli orthodoxorum ut in eo sint, ut imago plenior evadat optandum arbitror. *Dr Ant. Salajka.*

Къ вопросу о соединении церквей. (*Ad quaestionem de unione ecclesiarum*). По поводу доклада проф. N. O. Losskago. Praga 1940. Izdanie, „Apoštoláta sv. Cyrila a Metoděje“. Pretium 8 K.

Ineunte anno 1940 pertractabat in sessione Philosophicae Societatis Pragensis professor N. O. Losskij actuale thema „Osobennosti pravoslavija v novom katoličeskom osvješčenii“, et quidem occasione editionis germanici libri „Der christliche Osten“, Geist und Gestalt. (Friedrich Pustet, Regensburg, 1939). Professor Losskij amore unitatis Ecclesiae ductus insistebat, ut ex utraque parte sic dictum „obrjadověrie“ auferretur et prouti Pius XI. in seminariis et universitatibus catholicis meliorem cognitionem studiumque Ecclesiarum Orientis exoptavit atque postulavit, ita et professor Losskij in orthodoxis institutis theologicis profundius studium Ecclesiae catholicae introducendum esse proposuit „ne scjelu obličenija ěja nedostatkov, a scjelu sočuvstvennago postiženija ěja dostoinstv“.

Ex parte catholicorum auditorum sacerdos ritus byzantino-orientalis, Johannes Kellner, et professor S. Marakujev quaedam notatu digna ad preelectionem professoris Losskij scripserunt et in libello supra nominato publici juris fecerunt.

J. Kellner ex ampliore preelectionis prof. Losskij materia restringit animadversiones suas solummodo ad illustrandam interiorem vitam ecclesiae orthodoxae exponendo, quaenam bona spiritualia recipere ecclesia orthodoxa ex unione cum Ecclesia catholica.

Esset hoc preeprimis unitas vivi organismi ecclesiae in fide, ejusque fontibus ac professione, unitas in canonisatione sanctorum, in supremo magisterio, in doctrina et ecclesia, ejusque jurisdictione canonice ordinata. Esset hoc et spiritualis libertas ecclesiae vere oecumenicae, nec non renovatio vitae religiosae per ss. Eucharistiam et apostolatum activitatis missionariae.

Auctor alterius partis memorati libelli, professor S. Marakujev, per studium historiae ecclesiasticae ad persuasionem adductus est, veram orthodoxiam primorum octo saeculorum prorsus esse eandem, prouti tenet doctrina ecclesiae Romanae. Itaque fidem catholicam professus non desinit probare ex fundamento doctrinae Patrum christianaे antiquitatis posse explicari et auferri omnes dissensiones inter catholicos et orthodoxos, si modo sincere veritas christiana investigetur ac pree oculis voluntas Salvatoris habeatur ut omnes

unum sint. Professor S. Marakujev, etsi ipse fateatur, se speciali theologiae studio operam haud navasse prodit tamen magnam historiae ecclesiasticae praesertim patrologiae Orientis cognitionem amoremque ferventissimum unitatis Ecclesiae.

(P. S. P. J. Kellner interim missionem in Asia Orientali ibique suum tractatum in „Katoličeskij Vjestnik“ an. XI. No I., Charbin, publicavit sub titulo: Po povodu doklada N. O. Losskago.)

Fr. Jemelka.

Het Christelijke Oosten. Verhandelingen over de Geschiedenis en het Godsdienstig Leven van de Oostersche Kerken.

Deel I.: C. A. BOUMAN: *De Breuk tusschen Oost en West.* Over de eigen Tradities der oostersche Christenheid en het Ideal der kerkelijke Hiereniging. P. 80.

Deel II.: Dr Ephrem SLOOTS OFM: *De groote Bloei.* De Geschiedenis der oostersche Christenheid van den tijd der groote Concilie tot aan den Beeldenstrijd. P. 80.

Deel III.: F. WIJNHOVEN AA: *Groeidend Wantrouwen.* Over de Geschiedenis der oostersche Kerken vanaf den Beeldenstrijd tot den val van Konstantinopel. P. 96.

Deel IV.: Dr ZACHARIAS V. HAARLEM OFM Cap: *Na de Scheiding.* Over de Geschiedenis der oostersche Kerken vanaf den val van het Byzantijnsche Rijk. P. 80.

Deel V.: Dr C. DE CLERCQ: *Kerkelijk Leven in het Oosten.* Over de Geestelijkheid en de practijk van den Eeredienst. P. 64.

Deel VI.: Dom J. LEUSSINK OSB: *De heilige Ikonen.* Over de Wezen en de Vereering der Ikonen, over de Voorschriften en voorname Onderwerpen der Ikonenkunst. P. 80.

Deel VII.: C. A. BOUMAN: *Theotokos. Moeder van God.* Over de Marialeer en de Mariavereering van de oostersche Kerken. P. 80.

Deel VIII.: Dr J. DE SWART: *De Eeredienst van het Oosten.* Over den eigen Geest, de Ontwikkeling en den Bouw der oostersche Liturgieen. P. 80.

Deel IX.: Msgr Dr JAN SMIT: *Hierenigingspogingen in verleden en heden.* P. 96.

Deel X.: H. VAN KEULEN CSsR: *Hierenigingswerk in Nederland.* Over de Geschiedenis en de Werkzaamheid van het Apostolaat der Hiereniging. P. 64.

Edidit: Apostolaat der Hiereniging, apud De Toorts, Heemstede, 1941.

„Apostolatus Unionis“, viginti fere abhinc annis hortante Excellentissimo Andraea Comite Szeptyckyj, metropolita Leopoliensi Ucrainorum (Ruthenorum), in Batavia institutus, mirum in modum inter catholicos Batavos cognitionem amoremque Orientis christiani propagavit validaque manu adiuvit. Hoc etiam in campo meminisse iuvat illius: „Hollandia docet“. Apostolatus hic anno 1941 iam 65 milia membrorum numerabat mentesque Batavorum optime praeparaverat, ut nostro tempore exules Ucraini aperto corde in Hollandia reciperentur (Cfr hac de re relationem Rev. mi P. Van de Maele CSsR, in folio periodico „Holos Chrysta Čolovikoljubca“, edito Lovanii, Bibliotheca Alfonsiana, annus II, num. 2, mense Augusto 1947, p. 10-11).

Anno 1941, bello Europaeo iam flagrante, Apostolatus Unionis sat magnum opus edidit: „Het Christelijke Oosten-Oriens christianus“. Quod opus 10 parvis voluminibus constat, fere 200 imaginibus ornatur omniq[ue] arte bibliophilorum commendatur. Notitias solidas praebet de indole Orientis Christiani necnon de quaestione unionis (vol. I), de historia (vol. II-IV) ac vita ecclesiastica (vol. V) necnon liturgica (vol. VIII) christianorum Orientalium. Cultus celsissimae Deiparae et sacrarum imaginum libris integris pertractatur (vol. VII et VI). Volumine IX. conamina unionis describuntur. Denique diuturnus praeses Apostolatus unionis historiam originis necnon actionis Apostolatus absolvit (vol. X).

Memorare decet duos inter auctores laurea scientiarum ecclesiasticarum Orientalium redimitos esse (C. De Clercq, P. Zachariam de Haarlem). Utinam alibi imitatores inveniant!

J. Mastyl'ak CSsR.

Per l' unità della Chiesa. *Incontro ai fratelli separati di Oriente*. Edidit: Unione Missionaria del Clero, Roma, 1945, p. XV-541.

RR. PP. Professores Pontificii Instituti Orientalium Studiorum Romae in opere isto collectivo modo accessibili ac solido enucleant quaestiones, quae conspectum ad Orientem Christianum aperiunt, historiam, theologiam dogmaticam, patrologiam et hagiographiam, liturgiam, ius ecclesiasticum dilucidant necnon ad ipsum apostolatum unionis incitant et praeparant. Liber iste ex natura sua atque ex intentione auctorum apprime est idoneus, qui cognitionem, amorem, spiritum apostolatus promoveat inter Christifideles universim, praesertim vero inter sacerdotes et alumnos ecclesiasticorum seminariorum, ubi „dies Orientis Christiani“ celebrantur. Verum specimen habendum est unionismi, ut aiunt, Romani. Commendatur litteris Em. Cardinalis Pizzardo, Praefecti S. Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus. A faventibus et promoventibus Ecclesiac unitatem liber hic vix potest praeteriri.

J. Mastylak CSsR.

ANDREWES, Lancelot: *Preces privatae*. Adaptation française par Maurice Villain et Stanislas A. Cwietniak. Ad Unitatem, vol. 3. Grenoble, Artaud, 1946. Pag. 206.

ARATA, Mons. Antonino: *Il problema dell' unità cristiana e le Chiese Orientali*. Conferenza tenuta il 25. gen. 1942 nell' Aula Magna dell' Università catt. del S. Cuore. Milano, Società Editrice „Vita e Pensiero“, 1943. Pag. 80. Rec. W. de Vries S. I. in OCP 9. 1943, 486-488.

BELMONT, R.: *Le Patriarche Cyrille Lukaris et l'Union des Églises*. Irénikon XV, 1938, 342-362, 535-553; XVI, 1939, 126-138, 237-247.

BOLSHAKOFF, Serge: *The Doctrine of the Unity of the Church in the Works of Khomyakov and Moehler*. London S. P. C. K., 1946. Pag. 334. Rec. I. H. Dalmais in Russie et Chr. 2, 1947, 100-101.

BRANDRETH, Henry R. T.: *Unity and Reunion. A bibliography*. London, Black, 1945. Pag. XXXII + 158 + 2.

CRIVELLI S. I., C.: *Anglicani e „ortodossi“ Russi*. Estratto da „La Civiltà Cattolica“, quaderni 2192, 2193, 2194, 2196, October, November, December 1941. Pag. 42 + 2.

CRIVELLI S. I., C.: *Gli Anglicani e la „Chiesa ortodossa“ Serba*. Estratto dal quad. 2198 del 17. Gennaio 1942 1942 „La Civiltà Cattolica“, pag. 122-130.

CRIVELLI S. I., C.: *Protestanti e cristiani orientali*. Studi e documenti di espansione cristiana. Edizioni „La Civiltà Cattolica“, Roma 1944. Pag. 347 + 3. Pretium L. 35.

Dalla Trappa per l'unità della Chiesa. Suor Maria Gabriella (1914-1939). Presentazione di Igino Giordani. Brescia, Morcelliana, 1.-5. ed. 1939-1944. Pag. 250. Rec. Ivan Marianov in AAV 16, 1940, 316. Bohemice redditum ab Ivan Marianov breviter in ACM 32, 1941, 2-6, fusius in Životem, vol. 358, an. XV., pag. 30.

Die eine Kirche. Paderborn 1939. Conf. Dr A. Salajka in Hlídka 1940, 127; idem in ACM 32, 1941, 42-45, 112-116.

DUMONT, D. P.: *Orthodoxie et Protestantisme*. Irénikon 16, 1939, 425 ss.

DVORNÍK, F.: *The study of Church history and Christian reunion*. East. Church. Quart., Jannuarius-Martius 1945, 17-36.

Ein Leib, ein Geist. Einblicke in die Welt des christlichen Ostens, hgb. von der Abtei s. Joseph zu Gerleve (Westfalen). Münster in W., Regensberger, 1940. Pag. 224.

GIORDANI, Igino: *L' unità della Chiesa*. Roma, S. A. L. E. S., 1943. Pag. 70 + 2.

KOSSOWSKI, A.: *Blaski i cienie unii kościelnej w Polsce w XVII-XVIII w. w świetle źródeł archiwalnych.* (Lumina et umbrae unionis ecclesiasticae in Polonia saec. XVII-XVIII fontibus archivorum illustratae.) Lublin 1939. Pag. 75. Rec. A. M. Ammann S. I. OCP 5, 1939, 544-545.

KUDRJUMOV, M.: Римъ и Православная Церковь. (Roma et ecclesia pravoslava.) Les éditeurs Réunis, Paris 1939. Pag. 89 + 1. (Libellus ab auctore pravoslavo scriptus, praeiudiciis refertus.)

LECLERCQ, Dom Jean: *Médiévisme et Unionisme.* Irénikon 19, 1946, 6-23.

OEHMEN, D. N.: *Le „Lieu théologique“ du Schisme et le Travail pour l’Union.* Irénikon 18, 1945, 26-50.

MANNA, Paolo: *I fratelli separati e noi.* Considerazioni e testimonianze sulla riunione dei cristiani. 2-a ed. Unione Missionaria del Clero. Roma 1942.

MARIANOV, Ivan: *Aby všichni jedno byli.* Výklad unijní otázky a sbírka modliteb za sjednocení církví. (Ut omnes unum sint. Explicatio quaestionis unionisticae et preces de unione ecclesiarum.) Edidit Apostolatus ss. Cyrilli et Methodii Olomucensis. Olomouc 1939. Pag. 197 + 7. Pretium 11.- K. Rec. -a in AAV 15, 1939. 307-308. (Versio Hungarica: Budapest 1939, pag. 142, cf. AAV 16. 1940, 77.)

Les Missionnaires de St. Paul: *Les problèmes de l’union des églises d’Orient et d’Occident.* Essai historique et pastoral. (Arabe.) Harissa (Liban) 1939. Rec. W. de Vries S. I. in OCP 6, 1940. 533-534.

NIGRIS, Leone G. B.: *L’Oriente cristiano e Roma.* Grottaferrata 1942. Pag. 134.

Questions sur l’Église et son Unité. Prieuré d’Amay sur Meuse 1943.

RADEMACHER, A.: *Der religiöse Sinn unserer Zeit und der ökumenische Gedenke.* Bonn 1939.

SCHUSTER, Ildefonso Card., Arciv. di Milano: *Roma e l’Oriente.* Milano, „Vita e Pensiero“, 1940. (Continet duos sermones auctoris: 1. Benedetto XV e l’unità della Chiesa, 2. La Cattedra di S. Pietro nell’antica tradizione ecclesiastica.)

SIEGMUND-SCHULTZE, F.: *Die Einigung der christlichen Kirchen.* Sammlung von Aussprüchen bedeutender Menschen ver-

schiedener Zeiten. Ausgewählt und eingeleitet. Basel, Haus der Bücher, 1942. Pag. 124.

SMIT, GIOVANNI, Vescovo tit. di Paralo, canonico Vaticano: *Roma e l'Oriente cristiano*. L'azione dei papi per l'unità della Chiesa. Con prefazione di Sua Eminenza revma Eugenio card. Tisserant, Segretario della S. C. per la Chiesa Orientale. Roma, Fratelli Palombi editori, 1944. Pag. 243 + 3.

TYSZKIEWICZ S. I., S.: *Adaptation doctrinale et unionisme oriental*. Unitas 1, 1946, num. 4, p. 15-30.

„Unité chrétienne“, brochures publiées par D. Thomas Becquet de Pépinster-Chevetogne.

1. Dom. Thomas Becquet: Divisions dans l'Église chrétienne.
2. Dom. Olivier Rousseau: Les Missions et l'Unité de l'Église.
3. Dom. Pierre Dumont: Qu'est-ce que l'Orthodoxie?
4. Dom. Feuillen Mercenier: Les moines orientaux.
5. Dom. Thomas Becquet: Premier moyen pour travailler à l'union des chrétiens.

Ut omnes unum sint. Ein Werkbuch ostkirchlicher Arbeit, hgb. von der Abtei Joseph zu Gerleve. Münster, Regensbergsche Verlagsbuchhandlung, 1939. Pag. 159. Rec. A. Raes S. I. in OCP 6, 1940, 534-535.

VILLAIN, Maurice: *Pour l'Unité chrétienne*. 1-e série. Conférences. (Ad unitatem, vol. 1.) 2-e éd. Grenoble, Artaud, 1943. Pag. 200.

VILLAIN, Maurice et Jean CLÉMENCE: *Pour l'Unité chrétienne*. 2-e série. Études et Conférences. (Ad Unitatem, vol. 2.) Grenoble, Artaud, 1945. Pag. 192. (Rec. D. C. I. in Irénikon 19, 1946, 460-461.)

VAŠICA, Dr Josef: *Český unionism*. In collectaneis „Co daly naše země Evropě a lidstvu.“ Praha 1940, pag. 341-343.

WUNDERLE, G.: *Ueber die religiöse Bedeutung der ostkirchlichen Studien*. Würzburg 1939.

ZĚNKOVSKIJ, V.: *Sur le thème oecuménique*. Irénikon 16, 1939, 209-231.

2. PHILOSOPHICA.

BORIS JAKOVENKO: *Dějiny ruské filosofie*. (Historia philosophiae Russicae.) Trad. Ferd. Pelikán. Praga 1939. Ed. Institutum Slavicum, Pragae. Compend. t. IV. Pag. IX + 562. Pret. K. 90.-

Boris Jakovenko, auctor huius copiosi operis, ad Russos in emigratione degentes pertinet. Iam ante 25 annos historiam philosophiae Russice scribere coepit, cui se ultimis 7 annis totum dedidit. Cum in Russia tum in emigratione plures libros de philosophia Russica edidit (v. gr. Očerki russkoj filosofii. Berlin 1922, hoc opus prodiit etiam in lingua Italica sub titulo: Filosofi russi). Auctor edebat etiam ephemerides „Der russische Gedanke“ et a. 1934-35 duas elucubrationes: Historia hegelianismi in Russia, in lingua germanica scripsit.

In sua historia Russicae philosophiae tradenda auctor, in quantum potest respicit textum singulorum philosophorum. Liber dat nobis historiam Russicae mentis philosophicae ab initio usque ad magnam revolutionem Russicam (a. 1917). Ea de causa unusquisque philosophus factor unius omnibus communis Russicae culturae hic habetur sine ulla differentia nationis.

Quoad periodum ultimorum 20 annorum, a sociali-politica revolutione, diversae nationes in hodierna Russia sovietica viventes adhuc philosophice mentem suam non dederunt, ideo auctor de iis tacet, quamquam de philosophis Russicis, qui extra Russiam sovieticam vivunt, etiam in hoc periodo saitem in conspectu tractat.

In introductione delineat auctor notas characteristicas philosophiae Russicae, in sequentibus 10 capitibus propriam historiam philosophiae Russicae tractat. Iam ex introductione et paginis sequentibus patet auctorem critice ad opus suum accessisse. In sua conceptione Jakovenko differt a magno philoso pho Bohemico T. G. Masaryk, qui ex ethica necnon sociologia exiit et controversiam inter subiectivismum et obiectivismum amovendam formulat non noetice, sed ut diversitatem individui et societatis i. e. moraliter et socialiter. Jakovenko econtra ex noetica exiit i. e. ex problemate cognitionis talique modo diversitatem inter subiectum et obiectum vincere vult.

In tota philosophia Russica Jankovenko aliquam unitatem vel communes notas non invenit. Sunt tamen aliquae notae pluribus philosophis communes, ut v. gr. certamen inter s. d. occidentales et orientales (i. e. slavophilos), certamen inter idealismum et materialismum, inter individualismum et collectivismum. Auctoris sententia magni momenti erat doctrina F. V. Hegeli in Russica philosophia, in moderna aetate dein Russici philosophi V. G. Bělinskij.

Auctor multum occupatur cum excellenti philosopho Russico Vl. S. Solovjev, qui insignissimus et originalis omnium philosophorum Russicorum putatur. Vl. S. Solovjev erat ei „intellectus religiosus *κατ' ἐξογήν*“ propter suam religioso-philosophicam conceptionem. Aliquod systema philosophicum conclusum S. non relinquit. Bene tractat Jakovenko etiam relationem V. S. Solovjevi ad religionem et Ecclesiam catholicam et ad unionem christianarum ecclesiarum. Libera generis humani coniunctio in christiana Ecclesia, quod est ei summus finis Ecclesiae, non potest perfici, quamdui prima imago huius coniunctionis, e. Ecclesia visibilis, disiuncta manet. Munus Russiae in conscientia et prudenti appropinquatione cum Ecclesia occidentali videt. Russia

ostendere debet se non repraesentare Orientem tantum, sed revera „tertiam Romam“, quae primam Romam non excludit, sed duas priores coniungit. In suo opere „La Russie et l’Eglise universelle“ Solovjev ad catholicam orientationem in quaestione unionis ecclesiarum aperte transiit. In hoc libro Solovjev ad conclusionem venit in ecclesiastico schismate orientali principalem culpam in ecclesia orientali sitam esse et veram Ecclesiam haberi Ecclesiam catholicam debere, quacum aliae christianaee societas et ecclesiae exsistentes coniungendae sunt, suprema iurisdictione primatique Romani pontificis agnito. Historicam missionem Solovjev videt in Ecclesia universali vi politica afficienda, ut Europam custodire et renovare possit.

Copiose praebet Jakovenko historiam philosophicae mentis ultimorum decenniorum XX. saeculi necnon temporis post Russicam revolutionem (exclusis philosophis in Russia sovietica) P. Struve, N. Berdjajev, F. Stepun, A. Vedenskij, B. Vyšeslavcev, S. Bulgakov, N. Losskij, S. Frank, J. Iljin, N. Trubeckoj etc. Nihilominus auctor adducit etiam conspectum sovieticae philosophiae relationemque T. G. Masaryk ad eam.

In fine libri invenitur summarium in lingua Gallica, index realis et nominalis, conspectus principaliorum momentorum philosophiae Russicae (558-62).

Hoc opus commendatione dignum est omnibus qui philosophiam Russicam cognoscere satagunt, principaliter iis, quibus opera T. G. Masaryk de Russica philosophia historiae et religionis notae sunt.

Dr Antonius Salajka.

N. O. LOSSKIJ: Бог и мировое зло. Основы теодицеи. (Deus et malum mundanum. Fundamenta theodiceae.) Editio „Za cerkov“, Praha 1941. Paginae 92.

Non est dubitandum, professorem Nicolaum Losskij nova fundamenta theodiceae christianaee ponere voluisse, ut aversionem multorum a veritate christiana superaret ac de medio tolleret nova sua explicatione de Deo Creatore eiusque ad creaturas relatione, praesertim ut modo rationi moderni hominis persuasibili ostenderet, undenam veniat quodcumque malum in mundum. Philosophicum exordium theodiceae suaee evolvit professor Losskij e dynamica theoria materiae, quam superstruit sic dictis substantialibus factoribus (substantial’nye dějateli) a Deo initio creatis, nec tempore nec spatio limitatis et quadam vi efficaci et quamcumque qualitatem excedenti (sverchkačestvennoju) praeditis, attamen sine ullo charactere empirico. Libera evolutione substantialium factorum finem bonum aut malum prosequentium duplex regnum exortum est: regnum divinum, continens bonum perfectum et regnum psycho-materiale imperfectarum creationum, quas egoismus substantialium factorum a Deo separavit sibique invicem inimicas effecit sublata earum unanimitate (edinodušie). Hac philosophico-religiosa theoria explicat Losskij omne malum tam physicum, quam morale et sociale. Et passiones innocentis infantis culpae priorum generationum attribuit, docens praeexistentialiam et reincarnationem hominum, quae praeteritarum culparum expiationem reddit possibilem. Quem transitum ad novas semper vitae formas extendit Losskij ad qualemcumque rem creatam ita, ut via pateat tandem regni

aliquando divini assequendi. In quantum in suo philosophico tractatu Losskij res theologicas attingit, putat se solummodo suas sententias theologorum opinionibus opposuisse, non autem veritati revelatae. Neminem autem latet non posse inter mera theologumena computari eius theoriam de reincarnatione et de apocatastasi, cum expressis verbis Christi contradicit nullumque fundamentum habeat in doctrina s. Pauli (1 Tim 2, 4. aut 1 Cor 15, 18.), prouti prof. Losskij probare conatur. - Mysterium omnium malorum huius temporis Jux de cruce Christi nostrae fidei satis illustrat.

Jemelka.

N. O. LOSSKIJ: *Dostojevskij a jeho kresťanský svetonáhl'ad.* (Dostojevskij eiusque mundi vitaeque contemplatio christiana.) Edidit: Tranoscius, Liptovský Sv. Mikuláš 1946. Paginae 250. Pretium 130.- Kčs.

Multiplici sub respectu considerat prof. Losskij in suo Slovacico libro vitam et opera clarissimi scriptoris Russici, ut ad sequentem sententiam perveniat: „Eius (Dostojevskij) fundamentum est Christus eiusque duo precepta, substantiam christianismi efficiens, amor scilicet Dei maior quam erga semetipsum et amor proximi sicut erga semetipsum. Qua de causa eius mundi vitaeque contemplatio christiana dici potest.“ Praemissis notis de personali charactere et religiosa vita Dostojevskii inquirit prof. Losskij in eius modum sentiendi de cardinalibus quaestionibus religionis (de Deo, de Christo, de regno Dei, de immortalitate animae, de b. Maria Genetrice Dei, de sanctis) et moralibus (de absoluta personalitate, de bono, pulchro, de individuali amore). Cum autem ars eminens scriptoris Dostojevskij in profunda illustratione typologica characteris hominum tam virtutibus excellentium quam pessimorum consistat, maiorem partem sui libri Losskij explicationi illius typologiae dedicavit, ut hac via clarissimi scriptoris Dostojevskij aspectus ecclesiologicos necnon politico-nationales et sociales patefaceret. Quae via utique est ardua et non caret periculis subiectivae explicationis.

Jemelka.

LOSSKIJ, Nikolaj O.: *Absolútne kritérium pravdy.* (Absolutum criterium veritatis.) S úvodnou štúdiou Miloša Bezděka a v slovenském preklade Jozefa Diešku. Spisy Filozofického odboru Matice Slov. v Turčianskom Sv. Martine. Sväzok 5. 1946. Pag. 77. Pret. 40 Kčs.

Opusculum hoc continet prooemium traductoris operis „Absolutum criterium veritatis“ Josephi Dieška, Introductionem auctoris Miloš Bezděk deinde ipsam traductionem operis Losskij de criterio veritatis. In dicto prooemio in memoriam revocatur uberrima activitas Losskij in universitate Bratislavensi. In Introductione Miloš Bezděk proponit brevem conspectum vitae ac operis philosophi Losskij pag. 7-27. Ad finem libri adest etenches operum a Losskij in lucem editorum annis 1931-1945. Bezděk in sua Introductione loquitur de personalitate Losskij, declarat sentimento-voluntaristicam psychologiam, noeticum intuitivismum, hierarchico-personalisticam metaphy-

sicam caeterasque disciplinas philosophicas ad intentem noetici intuitivismi ac personalisticae metaphysicae.

N. O. Losskij autem in suo opusculo de Absoluto criterio veritatis ad sua pristina opera circa intuitivismum addit ea tantum, ad quae in suo labore annorum nuperrime elapsorum pervenerit. Secus provocat ad sua priora opera. Opus absolvitur novem articulis in quibus pertractat: primo de evidentia uti auto-testimonio objecti. Hoc autotestimonium eiusque evidentiam considerat auctor praecise uti absolutum criterium veritatis. In hac doctrina quoad rem convenit generatim cum doctrina philosophiae christiana, etsi terminologia ac probatio est alia. Evidentia uti auto-testimonium objecti est idem ac evidētia objectiva scholasticorum, quae concipitur uti necessitas objecti mentis manifesta. In secundo articulo exponit suam doctrinam de subjecto conscientiae. In tertio ait de cognitione mundi externi. In quarto defendit substantialitatem proprii ego (animae) reiendo diversas objectiones. In articulo quinto ponderat difficultates in adhibendo absoluto criterio veritatis. In sexto art. continuatur defensio substantialis ego. In septimo ac octavo articulo criticitur angloamericanus neorealismus ac Kantii criticismus. In nono articulo per modum perorationis contraponitur apparenti scientiae vera scientia.

Multa possunt in philosophico systemate Losskii laudari et etiam quodam sensu approbari, sed eius fundamentum intuitionis immediatae objecti „in originali“ admitti non potest, quia ad eius probationem adstruitur nova species monismi. Inde deducitur quidam novus modus immanentiae. Ita ipse auctor: „Absolútna samopresvedčivost vedomia objasňuje sa tým, že predmet vedomia je *prítomný* vo vedomi, je *imanentný* vedomiu.“ Pag. 29. Vel: „Sám skutočný predmet vonkašieho sveta, keď obraciám naň pozornosť, je prítomný samovecene, v povodine v mojom vedomí.“ Pag. 35. Item: „Predmety vonkajšieho sveta, keď sú na ne zamerané akty uvedomenia a pozornosti, stanú sa *imanentnými* mojmu *vedomiu*, no ostanú *transcendentnými* mne, subjektu vedomia.“ Pag. 37.

Ut quaedam immanentia inter objectum et subjectum affirmari possit vel ut objectum sit subjecto immanens, debet adstrui quaedam identitas inter objectum cognitum et subjectum cognoscens. Hoc intendit Losskij obtinere per dictam „gnoseologicam coöordinationem“. Auctor rem ita explicat: „To značí, že svet je systém bytostí, sviazaných intimne medzi sebou, následkom čoho každé „ja“ môže hojne nahliadať do útrob cudzieho bytia.“ Pag. 37. Relatio inter objectum et subjectum est extraordinaria et illa coordinationis gnoseologicae. Auctor dicit eodem loco: Subjekt a objekt sú spojené týmto vzťahom ako dva od seba nezávislé úseky sveta, preto možno takýto ich sväzok nazvati slovom koordinácia... Zvláštnosť toho vzťahu spočíva v tom, že pozorujúci subjekt a pozorovaný predmet vonkajšieho sveta predstavujú jediný celok. Et pag. 39 scribit: Následkom koordinácie mojho „ja“ s celým svetom celý svet v každom danom momente je prítomný v mojom podvedomí. „Celý svet je taká organická jednota, že *všetko je imanentné všetkému*.“ Pag. 39. Auctor saepe saepius expresse monismum non profitetur,

sed etiam palam declarat, principium immanentiae sine monismo sustineri non posse. Ita pag. 52: Len intuitivismus môže byť *monistickou* noetikou, t. j. môže chápať všetky druhy platného poznania ako bezprostredné nazera-
nie predmetov v povodine.“

In doctrina de anima (ego) substantiali crisi subjicitur etiam philosophia VI. Solovjewii. Ideo omnibus, qui studiis unitatem Ecclesiarum promoven-
tibus dant operam, hoc opus Loskii valde utilia servitia praestare potest.

NB! Bibliographia operum N. O. Loskii ad annum 1931 proposita a B. Jako-
kovenko occasione 60-mi diei natalis Loskii in „Festschrift zum 60. Geburts-
tag,“ 1932, completur in hoc opusculo ad finem. Indicantur 57 diversa opera
Loskii annis 1931 usque ad annum 1945. edita. *Dr J. Matocha.*

FRIEDRICH MUCKERMANN SJ: *Wladimir Solowiew. Zur Begegnung zwischen Russland und dem Abendland.*

In: Kämpfer und Gestalter, vol. 1. dirigente Dr J. David. Edidit:
Otto Walter AG, Olten, Helvetia, 1945, pag. 210.

Eximus amator et explorator philosophiae religiosae Russorum immani-
bello iam exeunte ipse morti vicinus vitam necnon doctrinam Vladimiri
Soloviev exhibet tamquam exemplum exemplarque concinni occursus Russiae
cum mundo occidentalii.

In lepidum librum aliqui errores irrepserunt accidentales, e. g. in nota
bibliographica p. 200: Soloviev dissertationem suam de crisi philosophiae
occidentalis Petropoli, non autem Moscoviae, ut in libro inducitur, tuitus est.
Imago iuvenis Soloviev ad annum 1877, minime vero ad annum 1887 referen-
da est. *J. Mastylak CSsR.*

ARSENJEV, Nicolas: *L'enseignement de Kiréevskij sur la con-
naissance du vrai.* Irénikon 16, 1939, 139-145.

BERDJAJEV, Nikolaj: О рабстве и свободе человека. (Опытъ
персоналистической философии.) De servitute et libertate hominis.
Conatus philosophiae personalisticae proponendae. Paris, YMCA
Press, 1939, Pag. 222 + 2.

BERDJAJEW, N.: *Alte und neue Wege des Humanismus.* Theolo-
gische Zeitschrift, Basel 1946, fasciculus 2.

DANZAS, J.: *Le nationalisme religieux russe.* Russie et Chr.
1938-39, 163-183.

DANZAS, Ju. (Jurij Nikolajev): Католическое богознание и
марксистское безбожие. (Cognitio Dei catholica et atheismus mark-
sisticus.) Roma 1941. Pg. 4 + 346 + 2. Rec. B. Schultze S. I. in OCP
8, 1942, 483-485.

DANZAS, J. N.: *La coscienza religiosa Russa.* Traduzione di
Giovanni Vezzoli. 2-a ed. Morcelliana 1946. Pag. 169 + 3. Pretium
165.- L.

LAMPERT, Evgueny: *Nicolas Berdyaev and the New Middle Ages.* (Modern Christian Revolutionaries. Gen. Ed. Donald Attwater.) London, James Clarke, s. a. Pag. 96.

LANG, Dr Alois: *F. M. Dostojevskij.* Praha, Vyšehrad, 1946. Pag. 330. Prečízum 117.- Kčs, lig. 137.- Kčs.

LIEB, Fritz: *Ursprung und Anfänge des slawophilen Messianismus in Russland.* Theologische Zeitschrift 2, 1946, fasc. 2.

LOSSKIJ, Nikolaj O.: *Podmienky dokonalého dobra.* (Základy etiky). Grundlagen der Ethik. Ex manuscripto Russico transtulit Dr Jos. Dieška. In: Spisy Filozofického odboru Matice Slovenskej v Turčianskom sv. Martine, volumen 3. dirigente Dr Alexandro Hirner.

Edidit: Matica Slovenská. 1944, pag. 276. Cum imagine auctoris. (Recensuit J. Mastylak CSsR in Smer, V, 1945, p. 27-32, 91-100.)

PAPIN, ThDr Mr PhDrs Josephus: *Doctrina de Bono perfecto eiusque in systemate N. O. Losskij personalistico applicatio,* Leiden, E. J. Brill, 1946.

MASTYL'AK C. Ss. R., P. IOANNES: *Fuitne Vladimirus Soloviev catholicus?* Roma, Sant' Alfonso, 1942. Pag. 45 + 3.

PAŠA, Dr Djuro: *Prerod ruskoga vjerskog i kulturnog naziranja.* (Regeneratio in modo conceptionis religiosae et philosophicae Russorum.) Bog. smotra 18, 1940, 57-66, 124-133, 193-203.

SCHULTZE S. I., B.: *Westliche gegen östliche Gnosis.* Georg Koepgen über Nikolai Berdjajew. OCP 6, 1940, 198-215.

STROTMANN, D. Th.: *Le Credo de Léon Chestov.* Irénikon 16, 1939, 22-37.

VODOPIVEC, Janez: *Krščanstvo in cerkev pri Nikolaju Berdjajevem.* Inauguralna disertacija. (Christianismus et Ecclesia apud Nikolaum Berdjajev.) Ljubljana 1942. Pag. 67. Rec. B. Schultze in OCP 9, 1943, 231-233.

Vyšehrad. List pro křesťanskou kulturu, ann. I., num. 25.-27, Pragae 24. Aprilis 1946, p. 64, prečízum 15 K.

Velikonoční trojčíslo k 50. výročí kanonického vyznání katolické víry Vladimíra S. Solověva. - Vychází péčí Sc. Eccl. Or. Dr Ivana Mastyl'aka. (Trinumerus paschalis editus occasione 50. anniversarii canonicae professionis fidei catholicae Vladimri S. Soloviev. - Exiit cura I. M.)

WUNDERLE, Georg: *Um die Seele der heiligen Ikonen.* Eine religionspsychologische Betrachtung. Das östliche Christentum, fasc. 3. Würzburg, Rita-Verlag, 2. ed. 1941. Pag. 60.

ZĚNKOVSKIJ, V.: *La crise de la conscience ecclésiastique en Russie au XVIII-e siècle*. La philosophie de G. S. Skovoroda. Iré-nikon 19, 1946, 245-282.

3. BIBLICA.

A. V. FLOROVSKIJ: Четская библия в истории русской культуры и письменности. (Фр. Скорина и продолжатели его дела.) (*Biblia Bohemica in historia culturae et litteraturae Russicae. Franciscus Skorina eiusque continuatores*). In: *Sborník filologický* 12, 1946, 153-258.

Duo themata hic pertractantur, primum de momento, quod habuit versio Bohemica Bibliorum in historia culturae et litteraturae Russicae, secundum de vita operibusque litterarum Francisci Skoryna, qui primus versionem Bibliorum Russicam typis edidit.

Primo quaeritur, utrum versio biblica Bohemica aliquid contulerit ad s. Scripturam in linguam vulgarem Russicam vertendam. Sunt, qui hac in re directum influxum sectae Bohemicae Hussitarum admittant et postulent (Čyževskyj, Hruševskyj), sed Florovskij indirectum influxum potius concedit, qui una cum aliis causis et conditionibus localibus in Russia occidentali et meridionali concurrerit, quarum praecipuae erant: usus linguae vulgaris in contionibus et interpretationibus evangelii, linguae vulgaris a Slavica ecclesiastica notabilis discrepantia, glossae marginales in textibus biblicis Vetero-slavicis, praesertim autem doctrina reformatorum aliarumque sectarum in Russia occidentali grassantium (iudaizantes, antitrinitarii, sociniani) de s. Scriptura ab omnibus legenda et libere interpretanda. Versio Bohemica Bibliorum, quae iam temporibus Caroli IV. ad finem perducta et in unum redacta erat, multoties descripta et ad finem saeculi XV. bis iam typis edita, in Polonia, Lithuania et Russia sat nota erat. Inde ab anno 1510 Vilnae in bibliotheca magni principis Lithuaniae, a saeculo autem XVII. etiam in bibliothecis Leopoli, Suprasli, Moscoviae et alibi etiam Biblia Bohemica asservabantur et ab iis, qui textus biblicos in linguam Polonicam et Russicam vertebant, saepissime adhibebantur.

Franciscus Skoryna, e Polock in Alba Russia oriundus, annis 1517-1519 23 libros Veteris Testamenti Pragae Bohemorum edidit (Ps., Iob, Prov., Eccli., Eccl., Cant., Sap., I-IV Reg., Ios., Iudith, Iud., Pentatechus, Ruth, Esth., Threni, Dan.) sub communi titulo „Biblija ruska“ in qua Textum Veteroslavicum biblicum in ecclesia Russica usitatum maxima ex parte retinet, in quantum ipsi praesto fuit, sed ei multa elementa vulgaria Alborussica et praesertim Bohemica e Bibliis Venetianis anni 1506 desumpta aliaque permiscet. Ubi vero textum Veteroslavicum non habuit, magis textum Bohemicum sequitur (Sap., Iudith, Esth., Cant. et alibi). Incertum remanet, cur Skoryna Biblia Russica Pragae typis ediderit. Skoryna, qui primo in universitate Krakoviensi scientiis operam navavit, deinde a. 1512 Paduae ad

lauream doctoris medicinae est promotus, postea videtur Pragae per aliquot annos degisse ibique editionem Bibliorum Russicorum praeparavisse. Pragam prae aliis urbibus elegisse videtur, quia praecise versionem Bohemicam sibi sequendam et imitandam statuit et quia Biblia Bohemica completa iam ter typis edita sunt ideoque omnia, quae ad textum biblicum typis edendum necessaria erant, Pragae facile inveniri poterant. (Pragae etiam prima typographia Iudaica in Europa centrali a. 1512 fundata est ibique a. 1518 Pentateuchus typis Hebraicis editus est.) Quoad motiva, quae Skoryna in edendis Bibliis Russicis sequebatur, Florovskij nullam invenit rationem gravem, explicandi activitatem Skorynae ex motivis protestanticis vel hussiticis, sed potius opinioni favet eum fuisse catholicum. Ad hanc quaestionem definitive solvendam necesse erit, ut omnia opera Skorynae etiam quoad doctrinam theologicam diligentissime examinentur. Investigandum adhuc etiam est, quo textu Veteroslavico, utrum textu pericoparum seu paroimiarum an textu completo Skoryna usus sit, deinde utrum praeter Biblia Bohemica Venetiana etiam alios textus Bohemicos antiquiores adhibuerit et quomodo explicandae sint nonnullae similitudines versionis eius cum textu biblico Polonico.

E vita Skorynae posteriori attentione digna est eiusdem editio Apostoli (Actus ap. et epistolae) Vilnae a. 1525, peregrinatio in Moscoviam, ubi libri eius iussu principis tamquam catholici reieci et combusti sunt, commoratio apud ducem Borussiae Albertum de Hohenzollern, apud quem Skoryna munere medici curialis aliquo tempore fungebatur, denique redditus Vilnam et post annum 1534 Pragam, ubi Skoryna paulo ante annum 1541 mortuus est.

Versio biblica a Skoryna facta ex parte tantum typis edita est, pars tamen eius in manuscripto relicta est. Utraque pars haud parvum habuit momentum ad textus biblicos saculi XVI. et XVII. formandos non solum in Russia occidentali, sed etiam in Moscovia. Editiones Skorynae saeculo XVII. Moscoviae plures inveniuntur. Continuatores Skorynae methodum sui magistri retinenter, textum Veteroslavicum biblicum linguae vulgari propinquorem reddere studentes, sed magis elementa Polonica quam Bohemica recipientes (evangelium Peresopnicense et Žitomirense). Epistola apocrypha ad Laodicesenses in Apostolo Krechoviensi non dependet a textu Bohemico, sed ab ignoto textu Germanico vel Polonico. Versio Cantici Ukrainica, quam Florovskij saeculo XV. adiudicat, ante Skorynam perfecta est et nihilominus vestigia textus Bohemici prodit. Etiam redactores Bibliorum Veteroslavicorum Ostrogiensium (1580-1581) et Moscoviensium imperatricis Elisabeth anni 1751 versionem biblicam Bohemicam prae oculis habebant.

Omnia, quae A. V. Florovskij in hoc opere summa diligentia congesit, critice ordinavit et dijudicavit, uberrimisque notis bibliographicis exornavit, haud parum utilitatis afferunt ad collustrandam epocham commercii culturalis Bohemico-Russici saeculo XVI. et subsequenti simulque luculenter demonstrant, quanti momenti etiam pro aliis nationibus Slavicis sint textus Bohemici biblici, et multitudine, et amplitudine, et antiquitate e Slavicis praestantissimi.

J. Vašica.

Господа нашего Иисуса Христа святое евангелие. (D. n. I. Chr. sanctum evangelium.) Editum cura Pontif. Collegi Russici, Roma 1944. Pag. 357 + 3.

Деяния св. апостолов. Послания св. апостолов. Откровение св. Иоанна. (Actus apostolorum. Epistolae apostolorum. Apocalypsis.) Editum cura Pontif. Collegii Rusici. Roma 1946. Pag. 532 + 2.

BRATSIOTIS, Pan. I.: 'Η Παλαιὰ Διαθήκη ἐν τῇ Ἑλλενικῇ Ἐκκλησίᾳ: ἀπὸ τῆς Ἀλώσεως μέχοι Σήμερον'. Athenae, Typ. Pyrsu, 1940. Pag. 17.

A. S.: Со страницъ евангелія. (Brevis explicatio lectionum evangelicarum in quibusdam festis.) Edidit Ecclesia Russica pravoslava, Romae 1943. Pag. 54 - 2.

HADLEUSKI, Ks. Vincent: Čatyry Ewanelii i Apostolskija dziei. (Quattuor evangelia et Actus Apostolorum, versio Albo-Russica). Wilnia 1939. Pag. 416.

MATVĚJEV, Leonid A.: Мойсей предъ судомъ исторіи. Религії и исторія древнихъ народовъ. Въ трехъ томахъ, съ рисунками. Томъ I. (Moyses ab historia iudicatus. Religiones et historia populorum antiquorum. Tomus I.) Beograd, sumptibus propriis, 1939. Pag. 304 cum 1 tabula geographicâ. (Liber prorsus rationalisticus.)

PETERS, Curt: *Das Diatessaron Tatians, seine Ueberlieferung und sein Nachwirken im Morgen- und Abendland sowie der heutige Stand seiner Erforschung*. OCA 123. Roma 1939. Pag. 235.

PETERS, Curt: *Zum Problem der Stilistik in Tatians Diatessaron*. OCP 6, 1940, 508-517.

PETERS, Curt: *Die Entstehung der griechischen Diatessaronübersetzung und ihr Nachhall in byzantinischer Kirchenpoesie*. OCP 8, 1942, 468-476.

4. THEOLOGICA.

PIERRE BARON: *Un théologien laïc orthodoxe russe du XIXe siècle: Alexis Stépanovitch Khomiakov (1804-60)*. Som Ecclésiologie. Exposé et critique (pag. 293): 60 L. Orientalia Christiana Analecta 127. Roma 1940.

Qui operam dat scientificae inquisitioni naturae Ecclesiae eiusque conceptus determinandi, silentio opus A. Chomjakov praeterire non potest, si lacunam magni momenti suae expositionis evitare studet. Unde non tantum necessaria cognitio doctrinae Chomjakovi de Ecclesia pro omni theologo, sed etiam influxus eius in sequaces contemporaneos nullum theologum aufugere

debet. Quare utilissimum opus nominatus auctor subiit tractando de ecclesiologia Ch., nam tale opus systematicum Ch. doctrinae i. e. expositionis et crisis omnibus theologis occidentalibus accessibile desiderabatur; quamvis haud pauca de illo scripta iam exstant.

Bonas animadversiones de cultura, quae in universalitate catholica non fundatur, Russiam penetrante, auctor praebet (p. 22) loquens de eventibus historicis praecedentis temporis nostri theologi. Recte videt et quasdam radices theologiae Ch. in sententiis philosophicis Ivani Kirëevskij (36 ss.), sicut et alii iam exposuerunt. Deinde mentione facta de slavophilismo, cuius caput Ch. nuncupatur, transit auctor ad ipsam personalitatem originalem A. Chomjakov (48 ss.). Auctorem nostrum sincera mens eius maxime allicit. Initio libri saepe videtur eum fere idealisationem personae-hominis Ch. praebere; sed non ita est. Nam auctor omne bonum vitae operisque eius caute eximit et sincere concedit. Simul et aberrationes et deviationes eius doctrinae recte ostendit (Vide p. 99, 106, 110, 125-132, 135-137, 139, 142, 146-148, 152, 158 s., 173, 181 260 e. a.).

Modo perspicuo exponit auctor ideam directricem systematis Ch., puta, libertatem spiritualem et unitatem amoris (60-66); haec enim fundamentalia sunt cum ad explicationem eius systematis tum ad proponendam ecclesiologiam eius. Quae est, ut auctor saepius mentionem facit, quaestio centralis totius systematis. Ch.: de natura Ecclesiae.

Necessitas expositionis doctrinae Ch. pro theologis catholicis patet etiam ex influxu illius in posteriores et contemporaneos theologos orthodoxos, uti auctor breviter commemorat p. 185, 103-108; de quo themate certe speciale opus desideratur. Facili simulque excellenti modo crisi subicit auctor sententias Ch. imprimis p. 125-135, loquens de duabus formis dualismi religiosi latentis in speculatione orientali, sc. de reprobatione huius mundi et antinomia morali. Nec non de artificiali constructione reprobationum contra Ecclesiam latinam maximo cum fructu ibidem legi licet. Conceptus ecclesiae visibilis et invisibilis secundum Ch. quid commune cum luteranis habet; fides protestantium est quasi amor mutuus Ch. (135-137). Importans est et dissertatio auctoris de credibilitate, nec non de notis Ecclesiae. Maxime autem nostram attentionem alliciunt paginae, ubi notionem unitatis iuxta Ch. crisi subicit (Cf. p. 186, 193 s.: „...cette reconstruction idéale et subjectiviste de l'Eglise est exactement le procédé dont Khomiakov s'est servi dans sa synthèse théologique et dans ses œuvres polémiques“; 203-217).

Mentione indigent et speciales animadversiones historicae auctoris de additione verbi „Filioque“ (264-284); nam tali disquisitione interpretatio erronea factorum historicorum a Ch. proposita patet.

Auctor noster non reicit omnia e constructione originali A. Chomjakov, sed bene distinguit: positiva approbando, negativa reprobando. Ergo non tantum negativum aspectum doctrinae eius praebet, sed magis magisque positiva eius systematis eruere lectorique porrigeret studet. Clare, lucide, perspicue, stilo facilis non implicato, omnia perpendit. Opus revera claritate expositionis

eminet et ad legendum excitat, nam auctor optime versatus est in materia tractanda.

J. Luska.

ANTONÍN SALAJKA: *Bohosloví východních křesťanů*, in opere collectivo *Úvod do studia*, quod a Dre BOHDAN CHUDOBA redigitur, vol. II: *Bohosloví*, Praha, Vyšehrad, 1946, pag. 49-61.

In libro 124 paginarum complectentium introductionem praepreamis bibliographicam in universam theologiam, 13 paginae „theologiae Orientalium Christianorum“ dedicantur. Haec si est disproportio quaedam, in detrimentum Orientalium non vertitur. Auctor istius introductionis, Theol. et Scient. Eccles. Orient. Dr A. Salajka, docens in facultate theologica universitatis Carolinae Pragensis, munus suum initiationis theologicae Orientalis maiore cum successu absolvisse videtur quam quidam alii conauctores praesentis Introductionis theologicae.

Praesertim laudanda est magna scriptorum quae commendantur copia atque notitia, idque magis tempore, quo litterarum commercium cum orbe terrarum nondum plene restabilitum est. Deinde generalis quoque dispositio et divisio Introductionis theologicae Orientalis feliciter instituta est.

Primum (1) enim auctor breviter praenotat quomodo Oriens Christianus eiusque litterae intelligende sint (pag. 49). Deinde (2) praecipua opera introductoria indolis generalis disceptat (pag. 49-53). Denique (3) scripta specialia recenset (pag. 53-61), quae a) indolem generalem orthodoxi-pravoslavi christianismi illustrant, b) de schismate orientalium agunt, c) de historia pravoslavorum ecclesiarum, praesertim russicae, tractant, d) hodiernum statum pravoslavarum (et unitarum) ecclesiarum Orientalium describunt, e) pravoslavorum litteras theologicas complectuntur, et quidem: apologeticam, dogmaticam, Scripturam Sacram, ius ecclesiasticum, liturgiam, philosophiam religiosam etc. (sic!), f) pravoslavos tractatus de Ecclesia Christi exhibent, g) litteras dant de ss. Cyrillo et Methodio (una cum quaestionibus de liturgia veteroslavica etc.), h) litteras specifice unionisticas repraesentant, seu de problemate unionis ecclesiarum christianarum agunt. In fine duo scripta Bibliograpiae unionisticae inducuntur.

At non amnia, ut patet, scripta potuerunt ac debuerunt referri. Debuerunt seligi. Non autem caeca sorte, sed discrete, iuxta certa criteria, iuxta quae elenchus quoque scriptorum erat conficiendus. Sed in seligendo libros omissiones et in disponendo defectus ordinis apparent. Ita e. gratia inter scripta sub littera, e) citata ne unus quidem liber de iure ecclesiastico Orientalium ex proposito agens invenitur. In disponendis autem scriptis citatis vix ullum criterium adhibitum apprehendi potest, quod maximus videtur esse istius Introductionis defectus. Inter tantam copiam scriptorum opera magni, immo maximi momenti (v. g. Congar, Chrétiens désunis, pag. 60) non distinguuntur ab operibus minoris momenti. Neque opera catholica ab acatholicis discriminantur, quod incipientium vehementer refert. Sed neque alphabeticus neque chronologicus ordo servatus est.

In particulari obiter adnotamus: Inter periodica pag. 51 vel 52 etiam *Bohoslovija* Leopoliensis citari potuit. *Niva* (vel melius *Nyva*), in pag. 51 citata, etiam periodo inter primum et alterum immane nostri saeculi bellum edebatur. Novissimo tempore novus liber bibliographiae unionisticae apparuit: *R. T. Henry Brandreth, Unity and Reunion. A Bibliography.* London, Black, 1945, in 8^o, XXXII-160 pag.; scripta doctrinalia inde a saeculo XIX. edita refert.

Quibus defectibus non obstantibus cl. auctor istius introductionis de theologia Orientalium Christianorum bene meritus dicendus est.

Ivan Marianov.

R. J. VIPPER: Возникновение христианской литературы. (*Ortus litterarum christianarum*). Ed. Academia scientiarum SSSR. Moskva 1946. Pg. 287.

Liber praesens, auctoritate Academicae scientiarum SSSR editus, historiam Christi existentiam negat. Historiam Christi et religionis christiana, in scholis christianis traditam, quin etiam illam, quae ab eruditis „liberalibus“ probatur, auctor mythum dicit. Scriptores Smith, Robertson, Drews, Friedländer, Niemojewski sequitur atque asserit, illos „legendam de ortu religionis christiana dissipasse“ ac demonstrasse, constructionem XVIII saeculorum de ortu religionis christiana e saeculo I. post medium saeculū II. transferendum esse. Ideo illos scriptores lumina scientiae saeculi XX. dicit (pg. 16), quod vix ullus peritus concedet. Librum professoris A. Harnack de Marcione haeretico (1921) laudat, at illum corrigit. Celeberrimum grande opus Russicum doctoris N. Glubokovskij de s. Paulo autem negat.

Vipper in introductione quidem dicit, documenta prioris aetatis christiana non solum theologice et philosophice, sed potius ut opera litteraria ac repercussiones condicionum socialium illius temporis aestimanda esse (pg. 3). At in theologia non est tam eruditus, ut quaestiones theologicas aestimare possit. Praeter materialisticam socialisticam aestimationem religionis christiana, unicum huius libri proprium est comparatio evangeliorum cum scriptis Graeci historici Plutarchi (obiiit saec. II. post Chr.). Dictionem: *Huc venite amnes populi* fasc. sequ. afferam (in articulo: Venite ad me omnes). Altera dictio evangeliis similis est in Plutarchi biographia Tiberii Gracchi: Bestiae habent foveas, solum pro Italia pugnantes nihil habent nisi aerem et lucem (cf. Mt 8, 20; Lc 9, 58). Ex his aliisque Plutarchi biographis evangelista imaginem Christi, patientis pro populo, depropmtsisse. Inde etiam imago Dei hominis (bogočelovek) depropmtam esse.

Supra dicta non sunt recensio, sed ad hunc finem scripta, ut attentionem peritorum ad hunc librum convertant. Liber enim in terris occidentalibus vulgatur ac venditur. Ideo a peritis accuratius recensendus.

Богословская мысль. Труды православного богословского института въ Парижѣ. (*Mens theologica. Opera Instituti theologici pravoslavi Parisiensis.*) Paris 1942. Pag. 154 + 2.

Прот. Сергій Булгаковъ: Крестъ Богоматери. (Изъ размышленій Страстной Седмицы). 5-24.

В. В. Вейдле: Знакъ и символъ. Набросокъ вступленія къ общей теоріи знака. 25-40.

Л. А. Зандеръ: Логика и догматика. 1. Объ опредѣленіи логики. 41-55.

В. В. Зѣньковскій: Основные принципы христіанской космологии. 56-74.

А. В. Карташевъ: Революція и Соборъ 1917-18 г. (Наброски для исторіи русской церкви нашихъ дней. 75-101.

Архимандритъ Кипріанъ: „Духовные предки Святого Григорія Паламы.“ (Опытъ митической родословной.) 102-131.

Ф. Г. Спасскій: Священное Преданіе въ богослужебныхъ кни-
гахъ. 132-154.

BORODINE, M. Lot: L'anthropologie théocentrique de l'Orient chrétien comme base de son expérience spirituelle. Irénikon 16, 1939, 6-21.

BULGAKOV, Prot. Sergij: Невѣста Агнца. О Богочеловѣчествѣ. Часть III. (Sponsa Agni. De theandria, pars III.) Paris, YMCA Press, 1945. Pag. 621 + 7.

CANDAL S. I., Emanuel: *Opus ineditum Nili Cabasilae de Spiritu Sancti processione contra Latinos*. OCP 9, 1943, 245-306.

CANDAL S. I., P. Manuel: *Origen ideológico del Palamismo en un documento de David Disipato (s. XIV)*. Miscelánea de la Pontificia Universidad de Comillas (Santander). 1. Número conmemorativo del Cincuentenario de la Universidad Pontificia de Comillas: 1892-1942, (1943), pag. 489-525. Rec. B. Schultze S. I. in OCP 12, 1946, 401-402.

CANDAL, S. I., Manuel: *El „Teófanes“ de Gregorio Pálamas* OCP 12, 1946, 238-261.

CARLI, L.: *La morte de l'assunzione di Maria Santissima nelle omelie greche dei secoli VII-VIII*. Roma 1941. Rec. I. Ortiz de Urbina S. I. in OCP 8, 1942, 483.

Colloquio del grande santo Russo Serafino di Sarow con N. A. Motovilov sulle mete della Vita Cristiana. Prefazione del principe N. D. Gevakhov. Roma 1944. Pag. 6 + 24.

ČUK ALFONSO: *La Chiesa Russa e il culto del Sacro Cuore*. Gorizia 1941. Pag. 119.

DIAČYŠYN. P.: *De Basilio Šuračensi prout theologo et polemista anticatholico*. (Dissertatio). Roma 1944. Rec. A. M. Amman S. I. in OCP 11, 1945, 235-237.

DUMONT, D. P., D. F. MERCENIER, D. C. LILIANE: *Qu'est-ce que l'Orthodoxie?* Bruxelles, Éditions universitaires, 1945. Pg. 226.

GEORGI, Curt: *Die Confessio Dosithei*. München, Ernst Reinhardt, 1940. Pag. 110.

GIANNELLI, Ciro: *Un documento sconosciuto della polemica tra Greci e Latini alla formula battesimale*. OCP 10, 1944, 150-167.

GORDILLO S. I., Mauricius: *Compendium theologiae orientalis*. In commodum auditorum facultatis theologicae concinnatum. Roma, Pont. Inst. Or. Stud., 1. ed. 1937, 2. ed. 1939. Pag. XX + 312. Pretium 18 L. Rec. Grivec in AAV 17, 1941, 159-160.

GORDILLO S. I., Mauricius: *Photius et Primatus Romanus*. Num Photius habendus sit auctor opusculi *Πρὸς τὸν λέγοντας ὡς Πόμη θρόνος πρῶτος?* OCP 6, 1940, 5-39.

GRATIEUX, A.: *A. S. Khomiakov et le mouvement slavophile*, I. *Les hommes*, II. *Les doctrines*. (Unam sanctam, vol. 5-6.) Paris, Les éditions du cerf, 1939. Pag. VIII + 276. Rec. B. Schultze S. I. in OCP 5, 1939, 530-533.

HAUSHERR S. I., Irénée: *Penthos. La doctrine de la componction dans l'Orient chrétien*. OCA 132. Roma 1944. Pag. 2+209+1.

HAUSHERR S. I., I.: *Le Métérikon de l'abbé Isaie*. OCP 12, 1946, 286-301.

HOFMANN S. I., G.: *Patriarch Kyrillos Lukaris*. Einfluss abendländischer Schriften auf seine Predigten. OCP 7, 1941, 250-265.

HOFMANN S. I., G.: *Die Anreden griechischer Patriarchenbriefe an den Papst im Mittelalter und in der Neuzeit*. OCP 9, 1943, 307-329.

IVANIŠIĆ, Dr Pero: *Mariologija u srpsko-pravoslavnoj teologiji*. (Mariologia in theologia Serbica pravoslava.) Djakovo 1939. P. 26.

IVANIŠIĆ, Dr Pero: *O objavi u srpsko-pravoslavnoj teologiji*. (Doctrina de revelatione in theologia Serbo-pravoslava: De necessitate revelationis.) Bogoslovska smotra 27, 1939-40, 29-54.

IVANIŠIĆ, Dr P.: *Nauka Antonija Krapovickog, kijevskog metropolite, o istočnom grijehu*. (Doctrina Antonii Chrapovickij, metropolitae Kyjevensis, de peccato originali.) Djakovo 1942. Pag. 30.

JUGIE, Martin: *Le Purgatoire et les moyens de l'éviter ou le Ciel tout de suite après la mort*. Paris, Lethielleux, 1941. Pag. XVI + 396.

JUGIE, M.: *De forma Eucharistiae. De epiclesibus eucharisticis.* Roma 1943. Pag. 143. Rec. A. Raes S. I. in OCP 12, 1946, 403-405.

KASTANA, N. Theodoros: 'Ο ἄγιος Γρηγόριος ὁ Παλαιᾶς καὶ ὁ Μνετικισμὸς τῶν Ἡσυχαστῶν. Saloniki 1939. Pag. 40.

KARMIRIS, I. N.: 'Η εἰς "Αἰδου κάθοδος τοῦ Χριστοῦ ἐξ ἐπόψεως δρθοδόξου. Athenae, Foinix, 1939. Pag. 155.

KUBALÍK, Josef: *Pravoslavný katechismus ve světle katolické apologetiky.* (Catechismus pravoslavus Gorazdi in luce catholicae apologeticae.) ČKD 81 (106), 1941, 22-36.

LADOMERSZKY, Nicolas: *Le dogme de la rédemption dans la théologie russe.* Oeuvre de Pierre Svetlov. Paris 1940. Pag. 80. Rec. B. Schultze S. I. in OCP 6, 1940, 254-255.

LADOMÉRSZKY, Nicolas: *Dernières déviations sotériologiques dans la théologie russe.* Collection Urbaniana XI, Roma 1945. Pag. 103. Rec. S. Tyszkiewicz S. J. in OCP 12, 1946, 211-212.

LAMPERT, Dr E.: *The orthodox Church's teaching of grace.* East. Church. Quart., Junius-Martius 1946, 248-258.

LIALINE, Dom C.: *The theological teaching of Gregory Palamas on the Divine Simplicity.* East. Church. Quart., Januarius-Martius 1946, 266-287.

MANDERS, E.: *La elevazione dell'uomo secondo Alessio Stephanovic Chomjakov.* Unitas 1, 1946, num. 2., p. 33-65; num. 3, p. 33-61.

MARAKUJEV, S.: *De Sophia, Sapientia Divina.* AAV 17, 1941, 145-151, 278-284.

OBOLENSKY, S.: *La sophiologie et la mariologie de Paul Florenskij.* Unitas 1, 1946, num. 3., p. 63-70; num. 4, p. 31-49.

Orthodox spirituality. An Outline of the Orthodox Ascetical and Mystical Tradition. By a Monk of the Eastern Church. Published for the Fellowship of SS. Alban and Sergius by Society for promoting Christian Knowledge. New York, 1. ed. 1945, 2. ed. 1946. Pag. XV + 1 + 103 + 1.

Oestliche und westliche Mystik. Eine Sondernummer der Zeitschrift „Eine heilige Kirche“. Hgb. von prof. Fr. Heiler. München, Ernst Reinhardt, 1941. Pag. 280 cum 2 tabulis.

PAŠA, Dr Juraj: *Život i značaj A. S. Homjakova.* (Vita et auctoritas A. S. Chomjakovi.) Bogoslovska smotra 29, 1941, 43-55.

PAŠEV, G. St.: Православно - христианско учение за нравствеността. (Нравствено богословие.) Томъ I., основоположителенъ, частъ I. и II. (*Doctrina pravoslavo-christiana de moralitate. Theologia moralis. Tomus I. fundamentalis, pars I. et II.*) Sofia 1939. Pag. 605. Rec. A. Živković in *Bogoslovska smotra* 30, 1942, 134-135.

PAŠEV, G. St.: Собствеността въ свѣтлината на християнската нравственост. (*Dominium privatum in luce moralitatis christiana*.) *Folia separata* е Godišnik na Sof. universitet V. (1939-1940). Sofia 1940. Pag. 194. Rec. A. Ž. in *Bogoslovska smotra* 30, 1942, 260-261.

PAŠEV, G. St.: Нравствени-те основи на обществеността. Часть първа: Общъ погледъ върху обществото и върху нѣкой учения за нѣговата сущност и основи. Часть втора: Христианска общественост. (*Fundamenta moralia societatis. Pars I.: Generalis conspectus societatis et aliquarum doctrinarum de eius essentia et fundamentis.*) Sofia 1941. Pag. 108. (Pars II.: *Societas christiana*.) Sofia 1942. Pag. 112. Rec. A. Ž. in *Bogoslovska smotra* 32, 1944, 196-197.

Православное дѣло. Сборникъ I. (*Opus pravoslavum. Collectanea I.*) Paris, Les Éditeurs Réunis, 1939. Pag. 95 + 1.

Іеромонахъ Левъ Жилле: Страдающій Богъ. 9-20.

Н. А. Бердяевъ: Христіанство и опасность материалистического коммунизма. 21-26.

Монахиня Марія: Вторая заповѣдь. 27-44.

К. В. Мочульский: Идея соціального христианства въ русской философії. 45-61.

Г. П. Федотовъ: Любовь и соціологія. 62-83.

Монахиня Марія: На стражѣ свободы. 84-95.

SALAVILLE, S.: *De la spiritualité patristique et byzantine à la théologie russe (chronique bibliographique)*. Études Byzantines 3, 215-244.

SCHULTZE S. I., B.: *Ein Beitrag zur Sophiafrage*. OCP 5, 1939, 223-229.

SCHULTZE S. I., B.: *Problemi di teologia presso gli ortodossi. Spirito genuino dell' ortodossia*. OCP 7, 1941, 149-205.
Sacra Scrittura. OCP 8, 1942, 144-182.
Scienza e Sacra Scrittura. OCP 8, 1942, 361-377.
Cristologia. OCP 9, 1943, 135-170.

SCHULTZE S. I., B.: *La nuova soteriologia russa*. OCP 9, 1943, 406-430; 11, 1945, 165-215; 12, 1946, 130-176.

VISKOVATYJ K.: К вопросу о литературном влиянии Савона-ролы на Максима Грека. (Ad quaestionem de influxu litterario Savonarollae in Maximum Grek.) Slavia 17, 1938-1939, 128-133.

WETTER S. I., G. A.: *L. P. Karsawins Ontologie der Dreieinheit*. Die Struktur des kreatürlichen Seins als Abbild der göttlichen Dreifaltigkeit. OCP 9, 1943, 366-405.

5. IURIDICA.

Patriarchatus Constantinopolitani acta selecta. Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale. Codificazione canonica orientale. Fonti - Serie II Fascicolo III.

Collegit et in linguam gallicam vertit sac. Ioannes Oudot, ecclesiae S. Ludovici Gallorum in Urbe cappellanus e Pontificia Commissione ad redigendum C. I. C. O. Typis Polyglottis Vaticanis MCMXLI pp. XVI-199.

Acta praesentis Collectionis, ut patet ex introductione ad eam, desumpta sunt ex collectione Stavraki Aristarchi Bey (1834-1925), Magni Logothetae patriarchatus Constantinopolitani per sat longum tempus (1867-1925). Volumina archivii Aristarchi inveniuntur in Biblioteca Vaticana (Codices fundi Vaticani nn. 2403-2501).

Finis Collectionis est reddere possibilem cognitionem operis huius docti byzantinistae cum innumeris documentis quae continet. At non publicantur omnia documenta collectionis, sed tantum ea quae usque adhuc non publicata sunt, vel si publicata, tunc in talibus condicionibus, ut hodie difficulter accessibilia sint. Notandum etiam ipsam editionem non esse criticam ob difficultates quas similis labor secum portaret. Auctor contentus est simplici reproductione et versione textus Aristarchi cum indicatione eius fontium et hinc inde cum adductione alterius lectionis praeter illam Aristarchi.

Continet 34 documenta (litteras patriarcharum, decisiones synodales vari generis) 19 patriarcharum et unius metropolitae, quae initium sumunt ab anno 906 (Nicolaus I) usque ad an. 1461 (Dionysius I.) et chronologice ordinantur. Collectioni adiungitur index analytico-alphabeticus.

P. Johannes Řezáč S. J

Textus selecti ex operibus commentatorum Byzantinorum iuris ecclesiastici. Fonti Serie II Fascicolo V a Isidoro Croce archimandrita et exarcho monasterii Cryptoferratensis e Pont. Com. de redigendo C. I. C. O. cum introductione a P. Aemilio Herman S. J. Pont. Instituti Orientalis in Urbe Praeside, Pont. Com. de redigendo C. I. C. O. consultore. Typis Polyglottis Vaticanis MCMXXXIX - pp. 242.

Introductio praeter brevem synopsim de fontibus iuris canonici orientalis

eorumque divisionem continet vitam et scripta auctorum ex quibus excerpta adducuntur (32) in opere ipso simul cum notitiis bibliographicis.

Sequntur textus commentatorum divisi in duplarem partem. Altera pp. 37-155 continet commentarios trium principalium canonistarum orientalium i. e. Zonarae, Balsamonis, Aristenii in varios (non omnes) canones Apostolicos et Conciliorum oecumenicorum et topicorum et epistulas canonicas S. Dionysii Alex. et S. Basilii Magni. Sic datur et ordo operis potius chronologicus, qui sequitur numerationem canonum prout in Collectionibus horum fontium iuris habentur sine attentione ad ordinem systematicum. - Altera pp. 157-231 habet specialiter responsiones ad varias interrogaciones in re canonica et alia excerpta ex operibus auctorum minoris momenti, licet alicubi et scriptores insignes appareant ut Balsamon (Responsa, Meditata), Blastares (Syntagma), S. Theodorus Studita, Demetrius Chomatianus, Simeon Thessalonicensis etc. - Adiunguntur tres indices: (231-242): analyticus, chronologicus commentatorum et alphabeticus commentatorum.

P. Johannes Řezáč S. J.

PROT. P. TABINŠKYJ: Церковный устав св. кн. Володимира Великого. (Ordo ecclesiasticus sancti principis Vladimiri Magni.) Nyva 33, 1938, 443-450; 34, 1939, 4-19, 49-61, 83-93.

Ordo ecclesiasticus s. Vladimiri est collectio legum in favorem ecclesiae Russicae latarum, quae in omnibus manuscriptis s. Vladimiro, magno principi Kyjevensi (978-1015), tamquam legislatori appropriatur, sed inde a temporibus magni historici Russici Karamzin a nonnullis s. Vladimiro abiudicabatur et cuidam falsatori ignoto saeculi XIII. tribuebatur. Quaestionem de authenticitate huius monumenti antiquissimi a multis historiae et iuris peritissimis diu agitatam resumere et solvere conatur protoiereus Petrus Tabinškyj in articulo superius citato, quem aliquatenus abbreviatum auctor in sessione commissionis ad Historiam antiquam Ukrainianam investigandam apud Societatem scientificam Ševčenkianam Leopoli die 5. Octobris 1938 perlegit. Auctor primo textum genuinum huius monumenti statuere et reconstruere studet. Ad quem finem assequendum optimum fundamentum et subsidium invenit in editione huius monumenti a V. N. Beneševič anno 1920 facta in Pamjatniki drevne-russkago kanoničeskago prava, pars II, volumen I, pag. 1-72, ubi textus 183 manuscriptorum et 7 versiones huius monumenti diligentissime comparantur, in 13 classes distribuuntur et in unaquaque classe ulterius plures species distinguuntur. Tabinškyj praeterea 6 alias codices Leopoli conservatos, quos Beneševič ignorabat, adhibuit eorumque textum completum allegavit secundum manuscriptum saeculi XVI. in bibliotheca ordinis s. Basilii Magni Leopoli conservatum, num. 77 (27), potiores lectiones variantes ceterorum in parenthesi subiciens. Classes a Beneševič statutas Tabinškyj in tria genera partitur, quorum duo textus ab invicem independentes repraesentant, tertium autem genus textum e duabus primis mixtum refert. Comparatis duabus textibus primis independentibus auctor errores copistarum et additamenta redactorum amoget, textum primigenium, in quantum est possibile, reconstruct, versionem Ukrainianam addit, nonnullos terminos

iuridicos hucusque a peritis male intellectos explicat, originem monumenti ab ipso s. Vladimiro argumentis internis et externis probat et dubia de eius authentia solvit ostendens omnes difficultates et obiectiones e textu corrupto promanare, praesertim totam introductionem monumenti erroribus abundantem, quae in textibus ab invicem independentibus prorsus diversa apparet, posteriore tempore a diversis redactoribus fabricatam esse. Ordo s. Vladimiri maximi momenti est pro historia ecclesiastica Russica, quia leges, quas continet, non a iure Byzantino, sed a iure canonico in ecclesia occidentali tunc vigente mutuatae sunt, ideo provincia ecclesiastica Russica a s. Vladimiro fundata non ab ecclesia Byzantina, sed Romana dependebat.

Vojtěch Tkadlčík.

Правда Русская. I. Тексты. (Ius Russicum. I. Textus.) Ad pre-lum praeparaverunt: V. P. Ljubimov, N. F. Lavrov, M. N. Tichomirov, G. L. Gejermans, G. E. Kačin dirigente B. D. Grekov, membro Academiae. Edidit Institutum historicum Academiae Unionis S. S. R., Moskva—Leningrad 1940. Paginae 506.

Ius Russicum, pretiosissimum monumentum iuris et litterarum antiquae Russiae, tanti momenti omnino extraordinarii est pro historia culturae et rei publicae Russicae, ut naturaliter omnis successus in eo investigando et interpretando serio assecutus attentionem longe praecipuam producat. Ius Russicum, optime notum et tam saepe attentionem litterarum et iuris peritorum Veterorussicorum alliciens iam circiter duo saecula obiectum investigationis historicae et historicoiuristicae factum est. Prima vice sub prelo in lucem prodiit anno 1767 et postea saepenumero reproducebatur et investigabatur. Sed novissimis denique annis ultima fundamenta strata sunt, ut hoc monumentum perfecte ex omni parte cognosceretur. Ad quem finem assequendum maxime necessarium erat, ut textus Iuris Russici secundum omnes codices XIII. - XVIII. saeculi, qui ad nos pervenerunt, ederetur. Abhinc centum annos N. Kalačev 40 codices pro editione critica praesto habuit, praesenti tempore iam plus quam centum noti sunt. Primum conamen novae editionis criticae ex omnibus codicibus notis comparatae ab Academia scientiarum Ukrainianica anno 1935 dirigente S. V. Juškov factum est. Attamen in editione recentissima ab Academia scientiarum Unionis S. S. R. instituta latius et umerius adhuc munus perficiendum proponitur. In primo tomo anno 1940 edito huius operis vere magnifici conspectus datur omnium hucusque notorum codicum et textus Iuris omnium diversorum generum et specierum, qui in manuscriptis inveniuntur, exhibentur. In secundo tomo reproductiones phototypiae principalium manuscriptorum collocabuntur, in tertio commentarii proponentur et fata investigationis huius monumenti et alia enarrabuntur. Hanc editionem laetissimo animo acceptare possumus consummationem eius quam celerrimam optantes et desiderantes. Hac enim editione datur firmissimum et latissimum fundamentum cum ad ipsum textum Iuris cognoscendum, tum ad historiam litterariam huius monumenti, omnia opera iurispru-

dentiae Russicae XI.-XIII. saeculorum in se repercutientis, restituendam. M. N. Tichomirov, unus participantum in praeparanda hac editione, in suo libro *Исследование о Русской Правде. Происхождение текстов.* (Investigations Iuris Russici. Origine textuum. Moskva-Leningrad 1941. Pag. 254.) historiam litterariam eius prosequendam iam aggressus est. A. V. Florovskij.

Правда Русская. Учебное пособие. (*Ius Russicum. Manuale ad usum scholarum*). Redactore B. D. Grekov edidit Academia scientiarum Unionis S. S. R., Moskva—Leningrad 1940. Paginae 112.

Dirigente B. D. Grekov, redactore principali magnae editionis Academicæ superius recensitae, eadem Academia simul haud parum utilem et pretiosam Iuris editionem ad usum scholarum adaptatam comparavit, ubi textus præcipui redactionum Iuris fundamentalium brevioris et longioris, deinde uberes commentarii, vocabularium terminorum iuridicorum utilissimum et alia inveniuntur. Quoniam multi Iuris Russici codices diversorum temporum et specierum exstant, investigator magnas patitur difficultates, si rectum et authenticum textum nonnullarum Iuris partium et locorum statuere et verum sensum iuridicum eruere intendit. In commentariis a Grekov confectis omnis complicitas lectionis et significationis textus ob oculos legenti ponitur simulque institutio datur ad omnes diversitates opinionum, quae in operibus pectorum inveniuntur, intelligendas.

Verba de novissimis editionibus Iuris Russici concludere liceat mentione facienda de versione Anglica Iuris Russici, quae a professore G. V. Vernadskij perfecta est in libro ipsius „Medieval Russian Laws“ ab universitate Columbiana in New York (pag. 106) anno 1947 edito in lucem prodit. Liber iste praeter Ius Russicum redactionis brevioris et longioris etiam versiones Statutorum urbis Dvinsk anni 1397 (Dvinskaja Ustavnaja gramota) et Chartarum iudicialium urbium Pskov et Novgorod (Pskovskaja i Novgorodskaja Sudnye gramoty) comprehendit. Omnis versio textus historici tam complicata, sicuti est Ius Russicum, simul est interpretatio et explicatio eius. Sed etsi vertenti non in omnibus consentire tenemur, labor eius tamen summam attentionem meretur, et quia Anglis monumenta iuris Russica rarissime prostant, et quia peritis utilissimum adminiculum textus melius intelligendi praebetur.

A. V. Florovskij.

BLAŽEJOVSKYJ, Dom.: *De potestate Metropolitarum Kiovensis catholicorum in clerum regularem.* (Dissertatio). Roma 1943. Rec. A. M. Ammann S. I. in OCP 9, 1943, 235.

BOBAK, Sac. Dr Joannes: *De caelibatu ecclesiastico deque impedimento Ordinis Sacri apud Orientales et praesertim apud Ruthenos.* Romae, Officium Libri Catholici, 1941. Pag. 165. Rec. Aemilius Herman S. I. in OCP 8, 1942, 227-228.

S. CONGREGAZIONE PER LA CHIESA ORIENTALE: *Codificazione canonica orientale:* Fonti:

Series II-a:

- Fasc. 1. *Textes législatifs touchant le cénobisme égyptien*. Mgr. Fr. Kozman. 1935. Pag. 95.
3. *Patriarchatus Constantinopolitani Acta selecta I*. Sac. Io. Oudot. 1941. Pag. XVI + 199.
5. *Textus selecti ex operibus Commentatorum Byzantinorum iuris eccl. Isidorus Croce*. Cum introductione a P. Aem. Herman S. I. 1939. Pag. 242.
6. *De fontibus iuris ecclesiastici Russorum*. (Commentarius historico-canonicus.) P. Aemilius Herman S. I. 1936. Pag. 106.
7. *Textus iuris ecclesiastici Russorum*. P. Aemilius Herman S. I. et Ant. Wuyts S. I. 1944. Pag. XII + 387.
8. *De fontibus iuris ecclesiastici Syro-Malankarensium*. (Commentarius historico-canonicus.) P. Placidus a S. Joseph T. O. C. D. 1937. Pag. 132.
9. *Fontes iuris canonici Syro-Malankarensium*. P. Placidus a S. Joseph T. O. C. D. 1940. Pag. 348.
10. *De monachico statu iuxta disciplinam Byzantinam*. Statuta selectis fontibus et commentariis instructa. Indices. P. Placidus de Meester O. S. B. 1942. Pag. XXXIX + 523.
12. *Disciplina Armena II. Monachismo, studio storico-canonomico e fonti commentati*. P. Garabed Dr Arraduni, mechitarista. 1940. Pag. XXXV + 246.
15. *Caldei. Diritto antico II. Ordo iudiciorum ecclesiasticorum*. Mar Abdišo. Latine interpretatus est et notis illustravit Jac. M. Vosté O. P. 1940. Pag. 268.
16. *Caldei. Diritto antico III. Liber Patrum ecclesiasticorum*. Mar Abdišo. Latine interpretatus est et notis illustravit Jac. M. Vosté O. P. 1940. Pag. 41.
17. *Caldei. Diritto nuovo. Les actes du synode Chaldéen célébré au couvent de Rabban Hormizd près d' Alquoche du 7 au 21 juin 1853*. Jac. M. Vosté O. P. 1942. Pag. 175.
21. *Collectio canonum Ecclesiae Armenae: Canones Apostolici*. P. Hemaiagh Ghedighian. 1941. Pag. XIII + 122.
27. *Disciplina Antiochena antica: Siri III*. Textes concernant les sacrements avec introduction. P. Paul Hindo. 1941. Pag. XV. + 301.
28. *Disciplina Antiochena antica: Siri IV Lieux et temps culte divin magistère benefices et biens temporels*. P. Paul Hindo. 1943. Pag. XX + 480.
30. *Les textes iuridiques dans les Pandectes de Nicon de la Montagne noire*. Carlo de Clerq. 1942. Pag. 93.

Series III-a:

- Fasc. 1. *Acta Romanorum Pontificum a S. Clemente (90) ad Coelestinum III. (1198)*. Tomus I.: Introductio. Textus Actorum. Addi-

tamentum. Appendix. 1943. Pag. LXIII + 945. Tomus II. Indices. Can. Al. L. Tautu. 1943. Pag. 946-1255.

2. *Acta Innocentii PP. III. (1198-1216)*. P. Theodorus Haluščynskyj O. S. B. M. 1944. Pag. XXXII + 674.

6. *Excerpta ex actis synodorum oecumenicorum*. Can. Al. L. Tautu. 1944. Pag. XX + 197.

COUSSA, Acacius: *Epitome Praelectionum de lute ecclesiastico orientali*. Vol. I., Romae 1940, pag. XV + 245.

Vol. II., Typis polyglottis Insulae S. Lazari (Venetiis), 1941, pag. XXII + 173. Rec. Aemilius Herman S. I. in OCP 8, 1942, 488-489.

DABINOVIC, A.: *Državopravni odnos Hrvata prema istočnom carstvu*. (Relationes politico-iuridicae Croatorum ad imperium orientale.) Folia separata e Rad Jugoslav. Akad. Znan. i Umjetnosti. Hist.-filolog. i filoz.-jurid. razred, liber 270 (122). Zagreb 1941. Pag. 49-148. Rec. S. Šakač S. I. in OCP 9, 1943, 474-475.

DAUSEND, Hugo O. F. M.: *Das interrituelle Recht im Codex Iuris Canonici*. Paderborn, Schöningh, 1939. Pag. 190. Rec. E. Herman S. I. in OCP 5, 1939, 537-538.

HERMAN S. I., E.: *Das bischöfliche Abgabenwesen im Patriarchat von Konstantinopel vom XI. bis zur Mitte des XIX. Jahrhunderts*. OCP 5, 1939, 434-513.

HERMAN S. I., Aemilius: *De impedimentis matrimonialibus in Regno Graeciae nuper abrogatis*. OCP 6, 1940, 230-232.

HERMAN S. I., Emilio: *Ricerche sulle istituzioni monastiche bizantine*. Typika ktetorika, caristicari e monasteri „liberi“ OCP 6, 1940, 293-375.

HERMAN S. I., E.: *Die Regelung der Armut in den byzantinischen Klöstern*. OCP 7, 1941, 406-460.

HERMAN S. I., Emil: *Die kirchlichen Einkünfte des byzantinischen Niederklerus*. OCP 8, 1942, 378-442.

HERMAN S. I., Emilio: *Le professioni vietate al clero bizantino*. OCP 10, 1944, 23-44.

HERMAN S. I., E.: „*Chiese private*“ e diritto di fondazione negli ultimi secoli dell’ impero bizantino. OCP 12, 1946, 302-321.

JAROŠ C. Ss. R., Ioannes Chrysostomus: *Impedimenta matrimonialia apud Bulgaros unitos*. AAV 15, 1939, 1-64, 164-176, 258-306; 16, 1940, 44-71, 148-167, 216-254, 257-286. Separatim Olomucii 1939. Pag. 266 + LVIII + 6.

LAKOTA, H., episkop: Три синоди перемиські і епархіальний постанови валявськи, в. 17-19. (*Tres synodi in Peremys'1 et statuta dioecesana de Valjav, saec. 17-19.*) Peremys'1 1939. Pag. 178. Rec. A. M. Ammann S. I. in OCP 5, 1939, 543-544.

PANAGIOTAKOS, Dr Pan I.: *'Εκκλησία παὶ Πολιτείᾳ ἀνὰ τὸν Αἰῶνας. Συστηματικὴ Συμβολὴ εἰς τὸ 'Εκκλησιαστικὸν Δίκαιον.* Athenae, Kallergis, 1939. Pag. 320.

SERISKI, P. Petrus M. O. F. M. Conv.: *Poenae in iure byzantino ecclesiastico ab initiis ad saeculum XI (1054).* Romae, Officium Libri Catholici, 1941. Pag. XV + 146. Rec. Aemilius Herman S. I. in OCP 8, 1942, 227.

SCHWEIGL S. I. Giuseppe M.: *L'articolo 124 della costituzione sovietica sulla libertà dei culti.* Raccolta di leggi. Documenti e studi di espansione cristiana 3. Roma, Edizioni „La Civiltà Cattolica“, 1946. Pag. 173 + 3. Pretium 150. - L.

STAN, Preot. Dr Liviu: *Mirenii in Biserica.* Studiu canonico-istoric. Sibiu 1939. Pag. XI + 816. Rec. Emil Herman S. I. in OCP 6, 1940, 546-547.

ŠARUGA, Matthias: *De notione et de dissolutione necnon de fine matrimonii in ecclesia orientali Serbica.* Torino-Roma, Società editrice internazionale, 1939. Pag. VII + 138. Rec. Dr Fr. Herman in Bogoslavska smotra 28, 1940, 149-150; Jaroš C. Ss. R. in AAV 16, 1940, 71-73.

WUYTS S. I., A.: *Le Patriarcat Russe au concile de Moscou de 1917-1918.* Son érection et sa constitution canonique. OCA 129. Roma 1941. Pag. 244.

WUYTS S. I., A: *Thèses „orthodoxes“ sur les relations entre l'Église et l'Etat.* OCP 8, 1942, 241-288.

ZYZYKIN, M. V.: Патріархъ Никонъ. Часть III. (Patriarcha Nikon. Pars III. Warszawa 1939, Pag 365 + VI. Rec. E. Herman S. I. in OCP 6, 1940, 281.

ZYZYKINE, Michel: *L'Église et le droit international.* Bruxelles, Éditions de la Cité chrétienne, 1940. Pag. 218. Rec. Emil Herman S. I. in OCP 9, 1943, 486.

6. LITURGICA.

a) *Editiones librorum liturgicorum.*

De editionibus Romanis vide, quae P. A. Raes S. I. superius scripsit.

Великий Сборникъ. Часть первая: Часословъ, Воскресный Ок-

тоихъ и Общая Минея. (Colectanea magna. Pars I.: Horologum, Octoechus dominicalis et Menaea communia.) Vladimirova, 2. ed. 1942. Pag. 328 + 4.

Учебные схемы церковных служб I. Службы из Триоды постной. (Schemata officiorum ecclesiasticorum ad usum scholarum I.: Officia Triodii quadragesimalis.) Cura Pontif. Collegii Russici editum. Roma 1945. Pag. 184.

Пространный Православный Молитвенникъ (Молитвословъ). Собрание молитвъ и важнѣйшихъ Богослужебныхъ пѣснопѣній Православной Церкви съ приложениемъ краткаго Календаря. Издание Выборгской частной православной общины. (Euchologium pravoslavum magnum. Collectio orationum et praecipuorum cantorum liturgicorum ecclesiae pravoslavae cum adiecto brevi calendario. Ed. a societate pravoslava privata in Vyborg.) Helsingfors 1945. Pag. 2 + 448.

Служба всѣмъ святымъ, въ земли Россійстѣй просіявшимъ. (Officium omnium sanctorum, qui in terra Russica eluxerunt.) Moskva, Patriarchia, 1946. Pag. 23 + 1.

b) *Elucubrationes.*

CASPER Jos., Dr: *Weltverklarung im liturgischen Geiste der Ostkirche*. Herder 1939, 240 S., RM 3.50.

„Ecclesia orans“ libro Julii Tyciak: Die Liturgie als Quelle östlicher Frömmigkeit, anno praecedenti edito, in eadem serie litteraturam, ecclesiae orientalis liturgiam pertractantem, novo ditavit opere, auctore Dr Jos. Casper. Originem opus hoc traxit in collabore auctoris cum clarissimo Dre Pio Parsch. Praemissa praefatione Ild. Herwegen et M. Hornykewitsch, auctor lectorem in spiritum liturgiae orientalis Ecclesiae dicit, cuius rationem exprimit „Gott entgegen“ (1-22.) Liturgia haec omnia ad Deum vult trahere, ut omnia Dei praesentia adimpleantur Deique vim sanctificatricem recipient. Omnia vitae spatia hominis cum Christo coniuncti liturgia gratia Sancti Pneumatis vult sublimare et vivificare (vide art. de sponsalitiis, de benedictione abbatis, de iis, quae moribundis et defunctis inserviunt!). Et sic opus hoc demonstrat, quomodo anima fidelis in atmosphaeram gratiarum et auxiliarum Dei immersa sit. Pertractando porro annum ecclesiasticum (22-100) sacramenta (113-200) praesertim sacrificium Missae (168-187) auctor mentionem facit, quae ex his cum liturgia occidentali communia, quae ab eadem diversa.

Annus ecclesiasticus in liturgia ecclesiae orientalis non est mera factorum recordatio, sed animae humanae per annum deificatio mystica, quem finem etiam sacramenta pree oculis habent. Ipsi ritus sacri verbis auctor demonstrat, quomodo Ecclesia orientalis mysteria Incarnationis, Paschatis, Pneumatis celebret eaque tamquam fontem sanctificationis exhaustat. Necnon

et per ritum *sacrum* nos videre facit, quantam benedictionem sibi homo, hisce fontibus spiritualiter nutritus, pro vita in pallatio Ecclesiae coelestis praeparet.

Brevis haec Ecclesiae orientalis liturgica praesertim sacerdotibus et alumnis necnon et laicis commendanda, ad mentem Pii PP. XI. in meliorem Ecclesiae orientalis nos cognitionem inducit testante auctore Casper: Si scire vis, quid Ecclesia orientalis sit, eius liturgiam interroga (pag. I). Et studium operis huius te persuasum reddet de admirabili Ecclesiae sanctae Unitate, de communi sacrae liturgiae fonte necnon et de mirabili pulchritudine tenoris liturgiae orientalis pneumatico-mystici, qui cum tenore Ecclesiae occidentalis ethico-iuridico se invicem ditando, multum ad Dei inservit gloriam.

Dr J. Hlouch.

ANTONIADIS Sophie: *Place de la Liturgie dans la tradition des lettres grecques*. Leiden, A. W. Sythoff's Uitgeversmij, 1939. Pag. XVII + 367. Rec. A. Raes S. I. in OCP 6, 1940, 262-264.

BAUMSTARK, A.: *Liturgie comparée*. Conférences. Édition réfondue. Monastère d'Amay à Chèvetogne 1939. Pag. 277. Rec. A. Raes S. I. in OCP 6, 1940, 261-262.

ECHARRI S. I., F.: *Liturgia bizantina*. Bilbao, Cultura Missional, 1940. (Prima traductio Liturgiae Graeco-Slavicae s. Ioannis Chrysostomi in linguam Hispanicam.)

GATTI, sac. Carlo - P. Cirillo Korolevskij: *I riti e le chiese orientali*. Rifacimento dell' opera francese del P. Raimondo Janin A. A. Con prefazione di S. E. il card. Eugenio Tisserant, segretario della sacra congregazione per la chiesa orientale. Volume I. Il rito bizantino e le chiese bizantine. Genova 1942. Pag. XXII + 6 + 980 + 4.

HALKIN, Francois: *Le mois de janvier du „Menologe imperial“ byzantin*. Annalecta Bollandiana, tomus LVII, pag. 225.

HANSEN S. I., Jean Michel: *La liturgie romano-byzantine de Saint Pierre*. OCP 5, 1939, 103-150.

KIRCHHOFF, Kilian O. F. M.: *Osterjubel der Ostkirche*. Hymnen aus der Fünfzigstätigen Osterfeier der Byzantinischen Kirche. Pentecostarion. Münster in W., Regensberg, 1940.

KIRCHOFF, Kilian O. F. M.: *In paradisum*. Totenhymnen der byzantinischen Kirche. Münster in W., Regensberg, 1940. Pag. 112.

KOROLEVSKIJ, Cirillo: *Le Pontifical dans le rite byzantin*. OCP 10, 1944, 202-215.

KOROLEVSKIJ, C.: *The liturgical publications of the Sacred*

Eastern Congregation. East. Church. Quart., Julius-September 1945, 87-96; Julius-September 1946, 388-399.

MATZERATH, Paulus O. S. B.: *Die Totenfeier der byzantinischen Kirche.* Heilige Feiern der Ostkirche II. Paderborn 1939. Pag. 160.

MATZERATH, Paulus O. S. B.: *Busse und hl. Oelung in der byzantinischen Kirche.* Heilige Feiern der Ostkirche III. Paderborn 1940. Pag. 80.

MAXIM, Virgilio: *De festis conciliarum oecumenicorum in Ecclesia byzantina.* (Excerpta e dissertatione ad Lauream in fac. theol. Pontif. Universitatis Gregorianae.) Roma 1942. Pag. 71.

MERCENIER, R. P. F. et M. le Chanoine FR. PARIS: *La Prière des églises de rite byzantin.* Tom II. Les Fêtes. Première Partie: Grandes fêtes fixes. Amay sur Meuse 1939. Pag. 361. Rec. A. Raes S. I. in OCP 6, 1940, 260-261.

NAKHLÉ, R. P. Joseph, Basilien Salvatorien: *Les „Prosomoia“ ou Chants-types de l’Église grecque.* Saida (Liban) 1939. Pag. 48.

PILKINGTON, R.: *I riti orientali.* Spiegazioni liturgiche. Torino, Berruti. Pag. 80.

RAES S. I., A.: *La première édition romaine de la Liturgie de Saint Chrysostome en staroslave.* OCP 7, 1941, 518-526.

RAES S. I., A.: *Le Liturgicon ruthène depuis l’Union de Brest.* OCP 8, 1942, 95-143.

RAES S. I., A.: *Aux origines de la fête de l’Assomption en Orient.* OCP 12, 1946, 262-274.

SALAVILLE, S.: *Studia orientalia liturgico-theologica.* Roma, editiones „Ephemerides Liturgicae“, 1940. Pag. XIII + 3 + 254. Rec. A. Raes S. I. in OCP 7, 1941, 265-274; D. F. M. in Irénikon 19, 1946, 106-108.

SALAVILLE, Sévérien: *Liturgies orientales II. La messe.* In: Bibliothèque catholique des sciences religieuses. Paris, Bloud et Gay, 1942. Pag. 169 + 7.

SCHUTZ, Alberto: *Der liturgische Grad des Festes der Empfängnis Mariens im Byzantinischen Ritus vom 8. bis 13. Jahrhundert,* Roma 1941. Pag. 40.

TARCHNISVILI, P. Michael: *Die byzantinische Liturgie als Verwirklichung der Einheit und Gemeinschaft im Dogma.* Das östliche Christentum, vol. 9. Würzburg 1939.

TILLYARD, H. J. W.: *The Hymns of the Octoechus. Part I.* (Monumenta Musicae Byzantinae Transcripta, vol. III.) Copenhagen, E. Mungsgaard, 1940. Pag. XXIV + 191. Rec. A. Raes S. I. in OCP 7, 1941, 535-536.

Východní liturgie. *Jak se zúčastniti mše svaté řeckoslovanského obřadu.* (Brevis instructio pro iis, qui s. missae ritus Graeco-Slavici intersunt.) Edidit Pontif. Collegium S. I. Velehradense. Typis K. Hyšský, Uh. Hradiště, 1946. Pag. 15 + 1.

7. HISTORICA.

a) *De concilio Florentino.*

AMMANN S. I., A. M.: *Zur Geschichte der Geltung der Florentiner Konzilsentscheidungen in Polen - Litauen.* Der Streit über die Gültigkeit der „Griechentaufe“. OCP 8, 1942, 289-316.

CANDAL S. I., Emmanuel: *Bessarion Nicaenus in Concilio Florentino.* OCP 6, 1940, 417-466.

Concilium Florentinum. Documenta et scriptores. Edidit Pontif. Inst. Orientalium Studiorum Romae.

Volumen I. (Series A): *Epistolae pontificiae ad Concilium Florentinum spectantes.*

Pars I. *Epistolae pontificiae de rebus ante Concilium Florentinum gestis (1418-1438).* Ed. Georgius Hofmann S. I. Pag. XVII + 118.

Pars II. *Epistolae pontificiae de rebus in Concilio Florentino annis 1438-1439 gestis.* Ed. Georgius Hofmann S. I. Pag. XX + 148.

Pars III. *Epistolae pontificiae de ultimis actis Concilii Florentini annis 1440-1445 et de rebus post Concilium gestis annis 1446-1453.* Cum indicibus ad partes I-III. Ed. Georgius Hofmann S. I. Pag. XVI + 180.

Volumen II. (Series B).

Fasc. I. *Ioannes de Torquemada O. P., Apparatus super decretum Florentinum Unionis Graecorum.* Ed. Emmanuel Candal S. I. Pag. LXII + 140.

Fasc. II. *Fantinus Vallareso, archiepiscopus Cretensis, Libellus de ordine generalium conciliorum et Unione Florentina.* Ed. cur. Bernardus Schultze S. I. Pag. LXIV + 121.

DAIN, A.: *Le Concile de Florence et la philologie.* Irénikon 16, 1939, 232-236.

Essai de bibliographie sur le concile de Florence. Irénikon 16, 1939, 305-330.

HOFMANN S. I., Georgius: *Documenta de theologis concilii Florentini*. AAV 15, 1939, 65-73, 157-163, 181-192.

HOFMANN S. I., Georgius: *Humanismus in concilio Florentino*. AAV 15, 1939, 193-211.

HOFMANN S. I., Georg: *Briefe eines päpstlichen Nuntius in London über das Konzil von Florenz*. OCP 5, 1939, 407-433.

HOFMANN S. I., G.: *Ein Brief des Kardinals Julian Cesarini an Cosimo von Medici*. Quellenbeitrag zur Geschichte des Florentiner Konzils. OCP 5, 1939, 233-235.

HOFMANN S. I., G.: *Papato, conciliarismo, patriarcato (1438-1439)*. Teologi e deliberazioni del Concilio di Firenze. *Miscellanea Historiae Pontificiae edita a Facultate Historiae Ecclesiasticae in Pontifícia Universitate Gregoriana*. Vol. II. Collectionis n. 2. Roma 1940. Pag. 82. Rec. L. in AAV 16, 1940, 174-175. E. Herman S. I. in OCP 6, 1940, 271-274.

HOFMANN S. I., Georg: *Rodrigo, Dekan von Braga; Kaiser Johann VIII*. Palailogos. Zwei Briefe aus Konstantinopel, 13. Oktober und 18. November 1437, zur Vorgeschichte des Konzils von Florenz. OCP 9, 1943, 171-187.

MERCATI, Angelo: *Il decreto d' unione del 6. Luglio 1439 nell' Archivio Segreto Vaticano*. OCP 11, 1945, 5-44.

b) *Historia Byzantina*.

MICHEL, A.: *Amalfi und Jerusalem im griechischen Kirchenstreit (1054-1090). Kardinal Humbert, Laycus von Amalfi, Niketas Stethatos, Symeon II. von Jerusalem und Bruno von Segni über die Azymen (Orientalia Christinna Analecta 121)*. Roma 1939. 65 pag.

Antonius Michel, professor historiae ecclesiasticae in athenaeo Frisingensi (Freising in archidioecesi München-Freising), complura opera maioris vel minoris molis de rebus cum separatione definitiva Orientis byzantini ab Ecclesia catholica connexis composuit. In hoc opusculo, cuius titulum supra dedi, auctor epistolam edit Layci, clericu civitatis italicae Amalphii (Amalfi) ad abbatem Sergium monasterii Constantinopolitani latini S. Mariae Amalphi-tanorum, versus annum 1070 scriptam. Thēma epistolae est quaestio de azy-mis, quae contra accusationes Graecorum defenduntur, quin usus fermentati apud Graecos condemnetur. Argumenta huius operis apologetici desumuntur ex Scriptura sacra et decretis Pontificum Romanorum vel epistolis eorum et concilio sexto oecumenico. Non potest negari Laycum hominem fuisse cultum, etsi aliquando scriptis Pseudo-Isidori utitur. Etiam modus apologeticus sine acerbitate animi et sine ulla violentia, immo cum urbanitate et

studio pacis ab auctore exhibitus, scriptum Layci commendat; propterea editor laudem meretur, quod hoc prima vice edidit tam excellenter et introductione docta ornavit. Bruno Segnensis, abbas Montis Casini et episcopus Segnensis († 1123) magni aestimavit opusculum Layci eoque in scriptis suis usus est. Ex alia parte Laycus ex scriptis Humberti de Silva Candida cardinalis dependet, quin tamen stilum aliquando acerbum huius legati Leonis IX Constantinopolim anno 1054 missi imitetur. Editor bene cognoscit etiam scripta Graecorum, Nicetae Stethatos (Pectoratus), Symeonis II patriarchae Hierosolymitani, de azymis; immo bene demonstrat patriarcham Symeonem in suo tractatu contra azyma voluisse epistolam Layci refutare. Relatio Pantaleonis mercatoris Amalphitani de separatione ecclesiae byzantinae ab Ecclesia catholica, iam anno 1616 doctis viris Occidentis per editionem Petri Stevart notus, est scriptum coactaneum Layci; ideo editor etiam de illa relatione aliqua optime exponit. Certum est relationes civitatis Amalphii cum Oriente byzantino non solum pro commercio, sed etiam pro cultura, immo pro religione catholica influxum non parvum habuisse, sicut hoc idem valet pro aliis civitatibus Italiae et etiam aliarum rerum publicarum Europae tunc adhuc universim catholicae. Etiam post separationem Orientis byzantini ab Ecclesia catholica saeculo XI sentiebatur non solum a personis clericis et religiosis, sed etiam a bonis laicis quaestio unitatis Ecclesiae simulque eius connexionis cum problemate dicto culturali.

G. Hofmann S. J.

BODOGAE, preot Dr Teodor: *Ajutoarete romanesti la manastirile din Sfantul Munte Athos*. Sibiu, Tipografia Archidiecezana, 1941. Pag. LII + 353. Rec. Emil Herman S. I. in OCP 8, 1942, 228.

BENZ E.: *Wittenberg und Byzanz*. Zur Auseinandersetzung der Reformation mit dem Griechentum und der östlich-orthodoxen Kirche. 2. Melanchton und Jakobus Heraklides Despota (Die Reformation an der Moldau). 3. Melanchton und der Serbe Demetrios Kyrios 4, 1939-40, 97-128, 222-261.

CONSTANTIN VII. *Porphyrogénete: Le Livre des Cérémonies*. Tome II. Livre I. - Chapitres 47 (38) - 92 (83). Texte établi et traduit par Albert Vogt. Pag. XI + 193. Commentaire, Livre I. - Chapitres 47 (38) - 92 (83). Par Albert Vogt. Pag. IX + 205. Paris, „Les Belles Lettres“, 1939 et 1940. Rec. Emil Herman S. I. in OCP 7, 1941, 311-312.

DRAMMER, Wolfgang: *Der Werdegang Hergenröthers „Photius“*. Ein Gedenkblatt zur 50. Wiederkehr seines Todesstages. OCP 7, 1941, 36-90.

DVORNÍK, F.: *Le patriarche Photius*. La Vie Intellectuelle 12, 1945, 16-28

EHRHARD, Albert: *Ueberlieferung und Bestand der hagiogra-*

phischen und homiletischen Litteratur der griechischen Kirche von den Anfängen bis zum Ende des 16. Jahrhunderts. (Texte und Untersuchungen, Bd 53, Heft 1-5.) Tomus III. Pars I. Pag. 722. Leipzig, Hinrichs, 1943. Rec. Irénikon 18, 1945, 118-119.

ENGELS, W.: *Tübingen und Byzanz. Die erste officielle Auseinandersetzung zwischen Protestantismus und Ostkirche im 16. Jahrhundert.* Kyrios 4, 1940-41, 262-285.

HERMAN S. I., Emilio: *I Legati inviati da Leone IX nel 1054 a Constantinopoli erano autorizzati a scomunicare il patriarca Michele Cerulario?* OCP 8, 1942, 209-218.

HOFMANN S. I., G.: *Der hl. Johannes Klimax bei Photios.* OCP 7, 1941, 461-479.

HOFMANN S. I., G.: *Patriarch Johann Bekkos und die lateinische Kultur.* OCP 11, 1945, 141-164.

JUGIE, Martin: *Le schisme byzantin.* Aperçu historique et doctrinal. Paris, Lethielleux, 1941. Pag. VII + 1 + 487 + 1.

Rec. P. Stephanou S. I. in OCP 12, 1946, 412-413; Russie et Chr. 2, 1947, 94- 96.

LOENERTZ O. P., R.: *Pour la biographie du cardinal Bessarion.* OCP 10, 1944, 116-149.

PABEL, Reinhold: *Athos, der Heilige Berg.* Mit 32 Bildtafeln und einer Karte. Münster, Regensbergsche Verlagsbuchhandlung, 1940. Pag. XV + 192.

MICHEL, Anton: *Lateinische Aktenstücke und Sammlungen zum griechischen Schisma (1053-1504).* Folia separata ex „Historisches Jahrbuch“ 1940. Köln 1940, pag. 46-64.

MOHLER, Ludwig: *Aus Bessarions Gelehrtenkreis.* Abhandlungen Reden, Briefe von Bessarion, Theodoros Gazes, Michael Apostolios, Andronikos Kallistos, Georgios Trapezuntios, Nicolo Perotti, Niccolo Capranica. (Quellen und Forschungen aus dem Gebiete der Geschichte, Bd. XXIV.) Paderborn, Schöningh, 1942. Pag. XII + 649. Rec. G. Hofmann S. I. in OCP 8, 1942, 492-494.

OSTROGORSKY, Georg: *Geschichte des byzantinischen Staates.* Mit 8 Karten, davon 2 im Text. (Byzantinisches Handbuch im Rahmen des Handbuchs der Altertums-Wissenschaft, hgb. von Walter Otto. Erster Teil. Zweiter Band.) München, Beck, 1940. Pag. XX. + 448. Rec. M. Paulová in *Byzantinoslavica* 8, 1939-46, 289-292; E. Herman S. I. in OCP 7, 1941, 305-311.

SCHREIBER, Georg: *Anselm von Havelberg und die Ostkirche*. Begegnung mit der byzantinischen Welt. Morgenländisches und abendländisches Zönobium. Sonderabdruck aus der Zeitschrift für Kirchengeschichte 60, 1942. Pag. 58. Rec. G. Hofmann S. I. in OCP 8, 1942, 500.

Византийский сборник. (Collectanea Byzantina). Redactor prof. M. V. Levčenko. Edidit Academia scientiarum SSSR, Institutum historicum. Moskva—Leningrad 1945. 273 + 3.

М. А. Шангин: Византийские политические деятели первой половины X. в. 228-248.

А. Ф. Вишнякова: К вопросу о культуре и просвещении болгар в XIV. в. 256-259.

Н. С. Лебедев и Ф. М. Россейкин: Издания византийских текстов в западноевропейской литературе. 265-269.

Ф. М. Россейкин: Византия и Славяне. (Библиографический обзор за 1922-1938 гг.) 270-273.

ZACHARIADES: *Tübingen und Konstantinopel*. Göttingen 1941.

c) *Historia Slavorum orientalium.*

ANTONÍN V. FLOROVSKÝ: *Čeští Jesuité na Rusi. Jesuité české provincie a slovanský východ. (Quaenam causa Patribus Societatis Jesu provinciae Bohemicae cum Slavis Orientalibus fuerit.)* Nakl. Vyšehrad, Praha 1941. P. 472 in 4º 240 K.

Egregio opere vir doctus A. V. Florovský auxit litteras nostras cognitioni historiae ecclesiasticae inservientes parce alioquin quoad orientem excutas. Prosequitur, quid rationis intercesserit catholicis Bohemia et Moravia oriundis, imprimis Societatis Jesu asseclis, cum Slavis orientis, praesertim cum vetere illa Moscovia; quae quidem sat magno volumine explanata haud facile est modica pagina complecti. Attactis breviter quae relationes fuerint Bohemos inter et orientem Slavicu s. XIII. et XV., occupatur vir cl. in saeculis XVI. (exeunte) usque ad XVIII., quibus S. J. in terris nostris vigebat et inter alios religiosos eminebat: Homines enim Societatis ad provinciam quondam Bohemicam pertinentes maximas partes egerunt in opere, cui per lustrando et explanando d. Florovský se dederat. Post eos eandem spartam excoluerunt patres Franciscani et Capucini e terris eisdem; etiam huic rei auctor dat operam nec omittit breve intervallum, quo duo sacerdotes saeculares dioecesis Olomucensis Mosquae sunt versati.

Duplex forma erat, quam relationes attactae induerunt. Unus modus is erat, quod iuvenes Bělorussi et Malorussi e terris ad regnum olim Poloniae pertinentes in academiis S. J. Pragae et Olomucii institutionem sublimiorem quaesierunt. Erat mens Antonii Possevini S. J. ut e regionibus borealibus et orientalibus iuvenes imprimis eximiore loco nati adirent scholas Societatis

in religione catholica instituendi et confirmandi eiusque propagationi et praesidio in patria inservituri. Orthodoxos iuvenes hoc modo praeparandos volebat. Quod consilium effectum vix est sortitum paucis foris exceptis - hoc vero evenit, ut non orthodoxi, non laici scholas Societatis adierint sed catholici et clerici immo regulares. Per magni enim intererat moderatorum exortae a. 1596 Unionis, ut haberent sacerdotes eruditos; Jos. Veljamin Rutschij, metropolita, vir summae industriae id consecutus est, ut in academiis in Polonia, Media et Septentrionali Europa a Societate moderatis stipendia pontifica ordini sancti Basilii Magni assignata sint. Olomucii et Pragae bina loca monachis basilitis in usum sunt tradita. Ultra annos centum, usque ad s. XVIII. medium basilitae ex orientali parte Poloniae Olomucii, multo minus Pragae. altiora studia obibant. Quales fuerint vicissitudines huius instituti, labescens subinde immo et sublationi proximi, e fragmentis archivorum ubere delineat auctor. Multum habuit difficultatis regere alumnos aetate proiectiores, sacris plerumque initiatos, monachos, qui proprios superiores se habere prae tendebant immo hoc fastidiose afferebant ordinem suum esse sublimiorem, „episcopalem“, ex quo episcopi prodirent. Adde tunc temporis non omnes, praesertim ex eis, qui in minoribus constituti erant (non Generalis Societatis, non Congregatio de Propaganda, non Summus Pontifex), tanti fecisse liturgiam et instituta Orientalium, ut voluerint ea sarta tecta habere, ut contra plenam latinisationem exoptabilem putaverint, unde alienationes et dissensiones. Nihilo tamen minus in seminario Societatis utroque plures alumnos ad labores ecclesiasticos strenue fuisse praeparatos, summis postea munericibus in ecclesia Unita ornatos constat. Liber adfert nomina, quae erui poterant, adumbrat curricula vitae nonnullorum seminarii Pragensis et Olo mucensis alumnorum praeprimis insignis metropolitae Rutschij et supparis ei Jakobi Suša. Aptior ad delectandum lectores est altera operis pars, quae est de membris Societatis in ipsa Russia opus pium obeuntibus. Tempus erat, quo Moscovia Occidenti reserabatur, homines militiae, rei navalis, mechanicarum artium periti, medicinam, pharmacopoeam, artes fabriles professi advocabantur. In his etiam catholici erant, quorum numerum captivi bello Suecico auxerunt. A. 1684 veniam adepti sunt habendi stabiliter sacerdotes proprios, quod munus hominibus Societatis provinciae Bohemicae cessit patro no operis imperatore, cum Mosqua apertum commercium cum Roma renueret solis missionariis „caesareis“ non „pontificis“ admissis. Erant hi missio narii a. 1686-1689 P. Georgius David et P. Tobias Tichavský, a. 1698-1717 P. Joannes Milan et P. Joannes Berula. Arduum erat opus sacram spartam excolere apud tales, qui ex diversis nationibus confluxerant a nativo more avulsi, subsidio, quod fert consensus in vivendi ratione, carentes, adversus religionem plerumque hebetes vel prorsus alienati a fide, morum dissolu torum. Lividis oculis aspiciebantur missionarii a hierarchis orthodoxis, cum ceteroquin doctrina et sollertia eorum aut aestimaretur aut timeretur. Caven dum erat ab aemulatione protestantium, qui numero praevalebant et indulgen tius habebantur, utpote a quibus nil pro orthodoxia timebatur. Adeundi erant

magnis cum incommodis etiam catholici late per Russiam dispersi. Strenuo et improbo labore, „focus est institutus - verba sunt Summarii - ubi vita catholicorum foveretur et fundamenta sunt posita, quibus catholicorum res et rationes fulcirentur“. Ecclesiam lapideam exstruxerunt diu exoptatam, quae demum tempore „magnae illius pannychidos“ anni 1812 (Čelakovský) conflagravit. Scholis operam missionarios navasse per se patet et cl. auctor fuse pertractat, quomodo disciplinas scholasticas tradiderint ad normam Rationis studiorum (vita communis discipulorum, disciplina strenua, exercitationes, scholae theatrum). Insistit his rebus utpote quas historici satis non attendebant prae scholis Mosquae acatholicis.

Hac scholastica institutione ad animos orthodoxorum pertingere et spem unionis inter Romanam et Russicam ecclesiam nectendae augere missionarios voluisse, non est mirum. Plures familiae eximiae nominantur, quae pueros scholae missionariorum instituendos tradiderunt. Fructus nec ubiores matuerunt nec prorsus defuerunt: causa primae electionis erat conversio sacerdotis et diaconi Russici, ceterum consolabantur eo, quod „Deus magis reputat affectum quam effectum.“ Hoc autem momenti adfuit, quod acerbitalles et hostilitates in catholicos evanescebant, quod Russi hominibus catholicis immo „jesuitis“ assuescebant, opiniones vanas et praeiudicatas exuebant. Attamen cum inter Russiam et Vindobonam dissidia extitissent (minus apte loquitur cl. auctor de imperatore „Austriaco“), missionarii, utpote missionarii Caesarei ab ipso Caesare missi Russia exulare debuerunt.

Multa alia afferuntur memoratu digna. P. Georgius David primus inter occidentales videtur scriptor esse libelli noscendis characteris et rudimentis linguae russicae accommodati. Idem scripsit tractatum „Status modernus Magnae Russiae seu Moscoviae“, opusculum ineditum, haud parvi momenti cognoscendae societatis Moscoviticae antequam reformationes Petrinae sunt inceptae. Idem calens linguam sacram libros ecclesiasticos scrutatus est et Pappebrochio „Synaxarium Ruthenicum“ misit; afuerit fors a vilipensatione ecclesiae orthodoxae. P. Joannes Milan scripsit tractatum „Missio Asophiensis (= Azov) et Taganroensis“ (qui est nunc in Cimeliis Bibliothecae nationalis et universitatis Pragensis) cum imaginibus coloratis de vita Calmycorum, quas cl. auctor „unicata“ vocat ubiorem excussionem tractatus promittens. Multum occupabantur missionarii conamine liberi per Russiam in Chinam itineris evincendi, quae res ut erat Romae exoptatissima ita ob causas politicas nullum habuit successum.

Praeter homines Societatis et alii Bohemi curam operamque catholicis in Russia contulerunt. In his sunt duo sacerdotes dioecesis olomucensis a. 1692-1698 Mosquae degentes. Ad historiam huius missionis nova ex archivis afferuntur, in his curiosa quaedam ex Emanatis et Receptis in archivo archieppali Pragensi. Electis missionariis S. J. patres ordinis s. Francisci et Conventuales et Capucini in Russia morabantur. Capucini ex provincia Bohemiae a. 1740-1780 ultra quadraginta operati sunt nomina eorum adducuntur non solum in Russia sed etiam „in regno Astrachan, Grusia,

Caucasia". A. 1802 adhuc duo missionarii Capucini e Bohemia in Russia degebant.

Ex Franciscanis inter alios P. Remedius Prutký memorandus ob difficultates, quibus obrutus est a gubernio et a communitate catholica Mosquae in causa iurisdictionis ecclesiasticae. Neque Capucinis neque Conventualibus „ostium apertum est“ ad orthodoxos, patuit tamen ad paganos. Multa de his, auctor et ex archivis adducit et ad scriptores remittit.

Hoc sit summarium nimis parcum et iejunum operis notitiis abundantis, quae maxima ex parte ex archivis haustae sunt. Quae haec archiva fuerint, edocet pg. 391 sq. Sunt archiva Bohemica, Moravica, Romana, Vindobonense, Strigoniense, ecclesiastica et profana, publica et privata. Haud pauci sane laboris erat ea perscrutari. Sollerter examinantur scriptores, qui ad argumentum propositum faciunt imprimis auctores Russici. Haec „litteratura“ prae manibus et usui nemini nostrum esse potuit, sine qua de rebus Russicis disseri utiliter non licet. Notae ad archiva et auctores remittentes in quavis pagina in maximo numero occurrunt. Attingo his, quae habeam extollendo operi. Ex reliquis (persaepe meris fragmentis), quae ex archivis tam dissitis indefesso labore collegerat, eruerat, notitia pollens rerum Russicarum et nativa et comparata, quae vix cui praesto est nisi Russicae terrae alumno, opus perfecit cl. auctor, quod multis numeris est absolutum. Magnae revera artis et sollertiae erat primum singula complecti, tum trutinae subicere, tum apte et scite disponere ac distribuere, postremo sermone grato et mundo efferre. Quae, praestitit vir doctus. Edocet tute et certe, adnotat quae nihil habeant dubitationis, quae dubitationem relinquant.

Addantur ex grato animi sensu haec duo: Unum est quod ab oblivione vindicavit immo detexit, qui ex sacerdotibus Bohemis in Russia versati sint, quid in munere suo memorandum fecerint. Illuminavit luminibus ex archivis petitis tempora quae vocare quibusdam libet „tenebras“, perfecit hoc modo ut amor propensus in gentem Bohemicam ex toto opere recognoscatur. Omni studio et quasi laetus investigat, adducit, praedicat, quae Bohemos attingunt. Alterum est, quod aequa et iuste labores et studia „jesuitarum“ pertractantur. Absunt praeconceptriae opiniones (quibus e. gr. Petrus car indulxit) de jesuitarum dominandi libidine, pecuniae augendae cupidine, abest criminatio falsa de animo subdolo, de munere secreto emissariorum, qui pro caesare explorant, de quovis alio sordido proposito. Non vertitur ipsis vitiis in multis fuisse male informatos, non reprehenduntur conamina attingendi homines orthodoxos, non profunduntur aceto, quae humana erant in hominibus. Etiam „jesuitis“ hanc servat aequitatem eos in Russia quaesivisse, quae supra sunt non quae super terram.

Liber praeter textum habet Summarium latina lingua exaratum (quod continetur in laboribus a Societate peractis transmissis operibus aliorum), 14 allegata ex archivis desumpta, indicem personarum, locorum, rerum locupletissimum, indicem archivorum et librorum complectentem paginas 16, imagines 22 (unam in involucro), quarum fere omnes nondum in libris nostris

sunt visae. Charta, typus, imagines paenae splendidae. Hoc tamen dolendum, quod textus latini (excepto Summario) et in locis allegatis et in appendice documentorum mendis et erratis iusto plus indulserunt. C. Kysely.

PHILIPP WERNER: *Ansätze zum geschichtlichen und politischen Denken im Kiewer Russland*. Jahrbücher für Geschichte Osteuropas, Beiheft 3. Breslau 1940. Paginae 106.

Antiquae historiae Russicae periti recentiore tempore non solum facta historica, sed etiam mundi vitaeque politicae considerationem seu ideologiam, uti dicitur, e monumentis scriptis elucescentem investigant. Quorum vestigia premens Philippus Werner in hocce libro ulterius adhuc progredi studet novas quaestiones sibi solvendas proponens. Praeprimis enim studiossime inquirit, quo modo in monumentis litterarum Veterorussicarum sensus historicæ evolutionis antiquae Russiae seu philosophia quaedam historiae Russicae exprimatur. Ex his deinde elementa fundamentalia ideologiae proprie dictae a scriptoribus Veterorussicis conceptae eruit.

Auctor amplissimam materiam scientificam huc spectantem optime novit. Mirum tamen est eum usum non esse libro M. V. Šachmatov: *Опыты по истории древне-русских политических идей. Том I. Учения русских летописей домонгольского периода о государственной власти, книга 1-2*.

(Conamina historiae idearum politicarum Veterorussicarum investigandæ. Volumen I. Sententiae de potestate civili ex annalibus Russicis temporis antemongolici desumptæ, liber I. et II. Pragæ 1927 lithographice editum). Quamvis liber M. V. Šachmatov obiectiones et dubia non pauca excitare potest (confer iudicia prolata a F. V. Taranovskij in Slavia 7, 1928, 3. et ab A. V. Florovskij in Sborník věd právních a státních 27, 2-3, 1927, 341-347), tamen omitti nequaquam debuit, quia eandem materiam diligentissime pertractat et propositiones (theses) defendit a conclusionibus Philippi Werner substantialiter diversas. M. V. Šachmatov enim magna cum fortitudine vult in annalibus Russicis ideologiam politicam illorum temporum harmonice et latissime exultam atque propositam contineri ideoque maximum influxum exercuisse. Ph. Werner autem nullum systema nullamque unitatem idearum politicarum ibi conspicit neque communem sensum vel aliquatenus latiorem in fatis historicis Russiae descriptis propositum invenit. Quae conclusio multo maiorem certitudinem et persuasibilitatem indueret, si omnibus animadversionibus a Šachmatov factis occurreret.

Sententiam V. M. Istrin in libro *Очерк истории древне-русской литературы домосковского периода*. (Conspectus historiae litterarum Veterorussicarum periodi Antemoscovitanae. Petropoli 1922) prolatam sequens Philipp Werner aliquam paupertatem idearum politicarum et historiarum in litteris Veterorussicis inveniri declarat. Quod quidem verum est, si comparatio instituitur cum Occidente, ubi lata evolutio idearum historiarum et politicarum et theoretica discussio quaestionum de re publica in ditissimis traditionibus antiquis, praesertim Romanis, fundata erat. Auctor recte explicat istam paupertatem idearum sui generis in antiqua Russia ex

quadam parte per influxum traditionis religiosae et ecclesiasticae Byzantinae, qua animi scriptorum a quaestionibus de ordinandis rebus mundanis ad considerationes sublimiores de relinquenda vita terrestri et instituenda vita aeterna post mortem abducebantur. Est hic proprius modus cogitandi ideoque paupertas idearum vix inculcari poterit. Liber Ph. Werner ipse praebet clarum argumentum de vivo motu idearum in antiqua Russia vigente. Sed ideae istae usque ad medium saeculum XIII. non in forma tractatum theoreticorum vel historico-politicorum aut conclusionum abstractarum, sed potius data occasione et concretis circumstantiis temporis et loci impellentibus exprimebantur. Etiam idea „terrae Russicae“ vel „omnis terrae Russicae“ et idea boni principis, quas Ph. Werner praecipue inculcat tamquam unicas ideas continuo et assidue in antiquis litteris Russicis reppetitas, non enuntiabantur quasi doctrina aut theoria perfecte exculta et absoluta, sed veteres scriptores Russici facta historica narrando suas ideas politicas, vivas et claras pro multis generibus Russicis temporis antemongolici, exprimebant. Quae ideae (et non haec solae) etiam in annalibus Russicis inveniuntur. Mirum vero est hunc fontem ab auctore non esse exhaustum. Etsi admitteremus opinionem auctoris, vix in omnibus veram, de absentia ideae nationalis et politicae in „Pověst vremennych lět“, eo magis ideae consequenter usque ad finem perductae, tamen permulta effata de principibus Russicis generatim sumpta clarum conspectum notionum et aestimationum politicarum annalistae efformant, ita ut ipsa, utcumque textus annalium characterem compilativum habeat, nequam sine attentione omitti debuerint.

Ph. Werner distinguit tres periodos evolutionis idearum historico-politicarum in Russia antemongolica. Prima periodus ditissima comprehendit tempus ab a. 1050 usque ad a. 1125 et reprezentatur per „Sermonem“ metropolitae Hilarionis et per opus annalisticum „Pověst vremennych lět“, praesertim per redactionem eiusdem Nestorianam anni 1111. In utroque opere reperit Ph. Werner studium affirmandae independentiae et paritatis Russiae cum aliis regnis, manifestationem sui conscientiae historicae et seiuunctionis Russiae a mundo Byzantino, quae statuitur et affirmatur tamquam factum religiosum et culturale. Quae ideologia non solum in historia s. Vladimiri a Hilarione narrata manifestatur, sed etiam ex aliis operibus de s. Vladimiro elucet. Ph. Werner recte ostendit in comparationibus s. Vladimiri cum Constantino Magno et urbis Kyjev cum Hierosolymis praesagium esse ideoologiae „tertiae Romae“.

Secunda periodus comprehendit subsequens saeculum, in quo realis explicatio rerum gestarum negligitur et primum locum occupant considerationes proprie religiosae et asceticae. Huc spectant scripta ex una parte eruditorum: metropolitae Nicephori, Clementis Smoljatič, Cyrilli Turovensis, ex altera parte scriptorum minus doctorum: Lucae Židjata, Theodosii Pečerensis, Eliae Novgorodensis, deinde auctoris vitae Abrahamii Smolenscensis. Inter quos numerat Ph. Werner etiam scriptores, qui conflictiones mundi Russici cum paganis in vastis campis Russicis (step) viventibus saec. XI.-XIII. memorant.

Tertia periodus incipit a nova epocha Europae orientalis, ubi novum centrum politicum inter septentrionem et orientem solem oritur, quando aestimatio et explicatio rerum terrestrium iterum novas condiciones faustiores acquirit.

Auctor detegit fundamentalia motiva et manifestationes idearum historiarum et politicarum Russiae Kyjevensis eruditae et hoc sensu ulterius progreditur quam M. V. Šachmatov, qui systema idearum magis quam earum viagorem internum et circumstantias condicionesque, in quibus formabantur et enuntiabantur, prodit. In libro Ph. Werner considerationes graves de singulis monumentis litterarum simulque generalis conspectus evolutionis diversorum generum idearum in Russia olim vigentium inveniri potest. Problema influxus Byzantini eiusque superationis in quibusdam partibus hic illustrationem curiosam acquirit. Ph. Werner non omnia nova profert, non raro fructibus et emolumentis scientiae historicae Russicae fulcit, sed quaestiones ab illis motas denuo discutit earumque novum sensum inquirit. Ideo liber eius solidam characteristicam motuum idearum in Russia Kyjevensi praebet et notabile augmentum in vita spirituali antiquae Russiae investiganda affert. - A. V. Florovskij.

FRITZ LIEB: *Russland unterwegs. Der russische Mensch zwischen Christentum und Kommunismus*. Viae Russiae. Homo russicus inter christianismum et communismum. Bern 1945, S. 474; schw. Fr. 14.50. Verlag A. Francke, Bern.

Liber protest. professoris F. Lieb (in Basilea): Viae Russiae attentionem totius mundi excitavit. Auctor qui iam a longo tempore speciali studio Russiae et generatim Europae orientalis operam dat, in hoc libro conspectum praebet totius evolutionis a russica revolutione (a. 1917) usque ad finem secundi belli mundani (1945), omnium internarum, spiritualium et culturalium mutationum, quae in hoc tempore in Russia sovietica factae sunt. Considerationes suas auctor in latiorem campum questionum hominis moderni ponit ostenditque, quomodo haec in Russia sovietica solvuntur. Ibi enim cooperunt systema socialisticum realisare, quaestionemque de relatione marxistici communismi ad christianas traditiones historicas solvere. Hoc problema est secundum Lieb quaestio non solum Russiae, sed etiam Europae et totius mundi. His de rebus agitur in capitolis: Homo russicus in historica existentia (pagina 21-63), Sui ipsum cognitio russici hominis (65-122).

In historia et revolutione russica multi auctores contentionem socialium virium, quae in historia in universum apparent, alii autem in revolutione russica expressionem specialis russici spiritus necnon nationalis characteris vident. Hoc etiam Lieb arbitrari videtur. Auctor demonstrat hoc ex operibus Dostojevskij et Solovjev, in quibus ostendit christianam inclinationem russici hominis cum eius desiderio veritatis et iustitiae et eius postulatu veri practique christianismi.

Caput: Homo russicus hodiernus in epocha post revolutionaria (123-252) novam evolutionem vitae sovieticae ostendit. Lieb deducit quomodo paulatim

negativae tendentiae revolutionis (maerialismus mechanicus) victae sint, quomodo familia, schola restituta sit, quomodo aversio ab internationalismo abstracto extiterit et nova nationalis conscientia, novus humanismus sovieticus in socialistica societate surrexerit.

Magni interest etiam caput: Relatio inter ecclesiam et statum in Rússia sovietica (253-328), in quo auctor obiective eventus ecclesiae russicae orthodoxae a revolutione (et persecutione) usque ad conciliationem ecclesiae et status in secundo bello mundano tradere conatur. In cap.: Homo europaeus inter evangelium et communismum (329-376) et in conclusione (377-405) auctor ostendere conatur, quomodo scilicet convenire possint: socialistica (marxist.) societas et christianismus munera socialia sibi conscius. In fine libri adnotaciones et litterariae citationes inveniuntur.

In aperto est lectorem libri sat multis in rebus cum auctore consentire non posse. Liber autem attentam lectionem considerationemque meretur, eo magis si consideretur secundum N. Berdajev (qui a revolutione russica in emigratione vivit) principalem notam futurae epochae generis humani esse magnum certamem inter communismum dialectico-materialisticum et communismum in fundamentumo spirituali-christiano positum. - *Dr Antonius Salajka*.

Dr VASILIJ HOPKO: *Greko-katoličeskaja cerkov.* (Ecclesia Graeco-catholica). In: Knigi Blagovestnika, No 1. Prjašev (Prešov) 1946. Paginae 64 cum 18 illust. Pretium 10.- Kčs.

Lingua Russica aliquatenus ucrainisata scripta, sed typis Latinis edita haec publicatio 300. anniversarium Unionis Užhorodensis (1646) celebrat. Cl. auctor, nuper episcopus auxiliaris Rmi Ordinarii Fragopolitani (Prešov) factus delineat brevem evolutionem ecclesiae Orientis, schismatis Graeci cuiusque transitus in Russiam infelcis, necnon reunionis conatum. Enarrat religiosam et nationalem vitam in Subcarpathia, quo modo Unio Užhorodii cum ecclesia catholica sit facta et quaenam bona praesertim religionis et culturae nationi attulerit. Ideam unionis Ecclesiae Christi prosequens et obstacula eius disreputationes dogmaticas enumerat atque explicat et spem unitatis esse possibilem exoptatamque declarat. *Jemelka*.

AMMANN S. I., A. M.: *Wladimir, dem Apostelgleichen zum Gedächtnis (988-1938).* OCP 5, 186-206.

AMMANN S. I., A. M.: *Abriss der ostslawischen Kirchengeschichte.* Freiburg in Br. 1943.

AMMANN S. I., A. M.: *Der Aufenthalt der ruthenischen Bischöfe Hypathius Pociej und Cyrillus Terlecki in Rom im Dezember und Januar 1595-1596.* OCP 11, 1945, 103-140.

AMMANN S. I., A. M.: *Die Heilige Grossmärtyrerin Parasceve zu Gross-Nowgorod.* Ein Beitrag. OCP 12, 1946, 381-387.

ANDERSON, Paul B.: *People, Church and State in Modern Rus-*

sia. Student Christian Movement Press, London 1944. Pag. 160.
Rec. Irénikon 19, 1946, 233-234.

ARSENJEV, N.: *Types de justes dans la vie du vieux Moscou*.
Irénikon 16, 1939, 545-576.

ARSENIEW, Nikolaus von: *Das heilige Moskau*. Bilder aus dem
religiösen und geistigen Leben des 19. Jahrhunderts. Paderborn.
Schöningh, 1940. Rec. J. Kellner in AAV 16, 1940, 254-256; A. M.
Ammann S. I. in OCP 6, 1940, 545.

ARSENIEV, Nicholas: *Holy Moscow. Chapters in the religious
and spiritual life of Russia in the nineteenth century*. 1940. Pag. 184.

BAUMGARTEN, N.: *Aux origines de la Russie*. OCA 119. Ro-
ma 1939. Pag. 87 + 1.

BEAUSOBRE, J. de: *Russian Letters of Direction: Macarius,
Staretz of Optino*. Westminster, Dacre Press, 1944, Pag. 108.

BOGOSLOVSKIJ, M. M.: Пётр I. (Petrus I.) Tomus I., Moskva
1940, pag. 435; tomus II., Moskva 1941, pag. 624; tomus III., Mos-
kva 1947.

BULGAKOV, protoierej S.: Автобіографіческія Замѣтки.
(Notae autobiographicae.) Paris, YMCA Press, 1946. Pag. 168.

CASEY, Robert Pierce: *Religion in Russia*. London—New York,
Harper, 1946. Pag. 198.

CINEK, František: *Ruští studenti na olomoucké universitě v 16.-
18. století*. (Alumni Russici in universitate Olomucensi saec. 16.-
18.) ACM 33, 1946, 131-134.

Дѣянія Второго Всезарубежного Собора Русской Православной
Церкви Заграницей (1 14-11/24. 8. 1938). (Acta secundae synodi
omnis ecclesiae pravoslavae in emigrantione degentis, 14. 24.
Augusti 1938.) Beograd 1939. Pag. 751.

Rec. A. Wuyts S. I. in OCP 6, 1940, 495-508.

DÉNISOFF, É.: *Maxime le Grec et l' Occident*. Paris, Desclée de
Brouwer, 1942. Pag. XL + 460 + 2 imagines + 9 reproductiones
photographicae. Rec. Irénikon 20, 1947, 244-245; A. M. Ammann
S. I. in OCP 9, 1943, 479-480.

FLOROVSKIJ, A. V.: *Die Anfänge des Buchdruckes bei den Ost
slawen*. Slawische Rundschau 12, 1940, 66-90.

GEVAKHOW, N. D.: *Memorie della rivoluzione Russa 1917*
Con prefazione di S. Ecc. Arrigo Solmi. Milano 1942.

GIANNELLI, Ciro: *A propos de la confirmation du métropolite de Kiev Josef Bolharynovyč par le patriarche oecuménique Joachim I.* OCP 9, 1943, 450-459.

GORODETZKY: *The missionary expansion of the Russian Orthodox Church.* East. Church. Quart., Januarius-Junius 1943, p. 117-129.

GREKOV, B. D.: *Киевская Русь. (Russia Kyjeviensis.)* Academia scientiarum SSSR, Moskva—Leningrad 1944. Pag. 348.

HAASE, F.: *Volksglaube und Brauchtum der Ostslawen.* Breslau 1939. Pag. 428. Rec. A. M. Ammann S. I. in OCP 8, 1942, 228-230.

HANISCH, Erdmann: *Geschichte Russlands.* I. un II. Band. Freiburg, Herder, 1940, 1941.

CHADWICK, K. N.: *The beginnings of Russian history. An enquiry into sources.* Cambrigde 1946.

Il bolscevismo e la religione. Roma, Società Anonima poligrafica Italiana, 1944. Pag. 80.

IONESCO, archimadrite Teofil: *La vie et l' Oevre de Pierre Movila, métropolite de Kiev.* Paris, Nidot, 1944. Pag. 258.

ISWOLSKY, Helen: *Soul of Russia.* London, Sheed and Ward, 1944. Pag. 172.

JAKOBSON, Roman: *Som Russian Echoes of the Czech Hagiography.* Annuaire de l' Institut de Philologie et d' Histoire Orientales et Slaves. Tome 7, 1943.

KANIA, Ladislao: *Il Bolscevismo e la religione.* Roma, Magi-Spinetti, 1945. Pag. 190 + 2.

KRUPNYĆKYJ, B.: *Geschichte der Ukraine.* Im Auftrage des Ukrainischen Wissenschaftlichen Institutes in Berlin. Leipzig, Harrassowitz, 1939. Pag. 324.

KYSELÝ, Dr Karel: *Dva moravští kněží v Moskvě v XVII. století.* (Duo sacerdotes Moravienses in Moscovia saec. XVII.) ACM 30, 1939, 216-225.

MAKLAKOFF, G.: *L'église orthodoxe et le pouvoir civil en U. R. S. S. de 1917 à nos jours.* Russie et Chrétienté 1, 1946, 22-72.

MAVRODIN, V. V.: *Образование русского национального государства.* (Quomodo imperium Russicum nationale ortum sit.) Moskva, 2. ed. 1941. Pag. 207.

MERCENIER, P. Feuillen: *Le Métropolite André Szeptyckyj*. Irénikon 19, 1946, 49- 65.

MEYSZTOWICZ, Mgr Valérien: *Natalinus „Grand Empereur de tout la Russie“ au lendemain du Concile de Trente*. OCP 1941, 498-513.

MOUSSET, A.: *Histoire de Russie*. Paris 1945.

NICOLSKY, Boris: *Le peuple russe. La carrière historique 862-1945*. Paris, Oreste Zeluck, 1945. Pag. 370.

NIKITINE, B.: *Les constacts spirituels entre la Russie et l' Asie*. Russie et Chrétienté 1, 1946, 3-21; 2, 1947, 9-21.

OLŠR S. I., P. Giuseppe: *Gli ultimi Rurikidi e le basi ideologiche della sovranità dello Stato russo*. OCP 12, 1946, 322-373.

PASCAL, Pierre: *L' archiprêtre Avvakum (1620-1682)*. La formation de l' homme. Russie et Chrétienté 1938-39, 184-204.

PELLERGRINETTI, Ermenegildo Card.: *S. Vladimiro e il suo popolo nel 950-o anniversario del suo Battesimo*. L'oriente cristiano, 1939-XVII. Pag. 65-75.

PITRAY, A. de: *Sophie Rostoptchine, Comtesse de Ségar, racontée par sa petite-fille*. Paris, Michel, 1939. Pag. 182.

SCHICK, E.: *Kirchengeschichte Russlands*. I. Teil. Von den Anfängen bis zur Zeit Peters des Grossen. Basel 1945. Pag. 288. Rec. A. M. Ammann S. I. in OCP 12, 1946, 409.

SMOLITSCH, Igor: *Das altrussische Mönchtum (11-16. Jahrhundert)*. Gestalter und Gestalten. Das östliche Christentum, Heft 12. Würzburg, Rita-Verlag, 1940. Pag. 86.

SPULER, B.: *Die goldene Horde. Die Mongolen in Russland 1223-1502*. Leipzig 1943. Rec. A. M. Ammann S. I. in OCP 9, 1943, 477-479.

VISKOVATYJ, K.: К вопросу об авторѣ и времени написанія „Слова к Изяславу о Латинѣхъ“. (A quonam auctore et quo tempore „Sermo ad Izjaslaum de Latinis“ scriptus sit.) Slavia 16, 1938-1939, 535-567.

Владимирский Сборник в память 950-летия крещения Руси. Miscellanea historica de s. Vladimiro in memoriam 950 annorum a Rusia baptisata dedicata.) Beograd (1939.)

WINTER, E.: *Der Kampf der Ecclesia Ruthenica gegen den Ri-*
192

tuswechsel (in Polen bis 1863). Festschrift Eduard Eichmann zum 70. Geburtstag. Paderborn 1940, pag. 237-244.

WINTER, E.: *Byzanz und Rom im Kampfe um die Ukraine*, 955-1939. Leipzig 1943. Pag. III + 227. Rec. A. M. Ammann S. I. in OCP 9, 1943, 482-483.

ZANDER, L.: *Le Père Serge Bulgakov. Im memoriam.* Irénikon 19, 1946, 168-185.

ZERNOV, N.: *The Russians and their Church.* London, SPCK, 1945. Pag. VIII + 193.

d) Alia historica orientalia.

CINEK, Fr.: *Orthodoxi dissidentes in Bohemia et Moravia.* AAV 16, 1940, 27-44, 81-102, 177-203, 287-303; 17, 1941, 128-144, 285-309.

Český pravoslavný kalendář na rok 1947. (Calendarium pravoslavum Bohemicum anni 1947. Edidit Consilium eparchiale ecclesiae pravoslavae Pragae. Redactor Dr Josef Kulheim. Brno 1946. Pag. 48. Pretium 15.- Kčs. (Liber praeter alia conspectum ecclesiae pravoslavae in re publica Čechoslovaca praebet.)

DOČKAL, Dr Kamilo: *Povjest istočnih crkava.* (Historia ecclesiarum orientalium.) Folia separata e „Bogoslovska smotra“ an. 1937-1941.

I. *Povjest perzijske crkve.* (Historia ecclesiae Persicae.) Zagreb 1937. Pag. 56.

II. *Povjest indijske crkve.* (Historia ecclesiae Indicae.) Zagreb 1938. Pag. 57.

III. *Povjest sirske crkve.* (Historia ecclesiae Syrae.) Zagreb 1940 et 1941. Pag. 58.

IV. *Povjest armenske crkve.* (Historia ecclesiae Armenae.) Zagreb 1939. Pag. 109. Rec. Dr J. Oberški in Bog. sm. 31, 1943, 181-183.

V. *Povjest egipatske crkve. Sjedinjeni i nesjedinjeni Kopti.* (Historia ecclesiae Aegyptiacae. De Coptis unitis et dissidentibus.) Bogoslovska smotra 30, 1942, 103-115, 164-178, 201-211; 31, 1943, 59-82, 140-143.

VI. *Povjest abesinske crkve.* (Historia ecclesiae Aethiopicae.) Bogoslovska smotra 32, 1944, 105-121.

DOČKAL, Dr Kamilo: *Udio srpske crkve u češkom reformnom pokretu.* (Partes ecclesiae Serbicae in motu reformativo Bohemico.) Folia separata e „Život“ 1942-1943. Pag. 64.

Rec. Dr J. Oberški in Bogoslovska smotra 31, 1943, 171-173.

Ekklesia. Eine Sammlung von Selbstdarstellungen der christlichen Kirchen. Bd. X. Geschichte, Lehre und Verfassung der orthodoxen Kirche. Leipzig 1939.

HOFMANN S. I., Georg: *Papst Pius II. und die Kircheneinheit des Ostens*. OCP 12, 1946, 217-237.

IORDAN, Al.: *Les relations culturelles entre les Roumains et les Slaves du Sud*. Bucaresti, M. O. Imprimeria Nationala, s. a. Pag. 84. Rec. Dr Tr. Ionescu-Niscov in *Slavia* 17, 1939-40, 263-243.

IVÁNKA, Endre V.: *Griechische Kirche und griechisches Mönchtum im mittelalterlichen Ungarn*. OCP 8, 1942, 183-194.

KADLEC, Jaroslav: *Byzantské křesťanství u slovanských národů*. (Christianismus Byzantinus apud Populos Slavos.) Praha, Rupp, 1946. Pag. 178 + 2. Pretium 90.- Kčs, lig. 130.- Kčs.

MACUREK, Josef: *Dějepisectví evropského východu*. (Historiographia Orientis Europaei.) Praha, Historický klub, 1946. Pag. 349. Pretium 160.- Kčs.

MOISESCU, G. J.: *Catolicismul in Moldova pana la sfarsitul veacului XIV* Bucaresti, Tip. Cartilor Bisericești, 1942. Pag. XXIV + 150. Pretium 200 lei. Rec. Frédéric Tailliez S. I. in OCP 11, 1945, 229-232.

MOUSSET, A.: *Le monde slave*. Paris 1946.

MORARIU, Bonaventura: *Series chronologica Episcoporum ac Praefectorum Apostolicorum Missionis Fratrum Minorum Conventionalium in Moldavia (Romania) durante saec. XIX*. Folia separata e „Commentario O. Fr. Min. S. Francisci Conv.“ 1942, pag. 24.

MUSIL, Alois: *Křesťanské církve nynějšího Orientu*. (Ecclesiae christianaे Orientis hodierni.) Olomouc, Velehrad, 1939. Pag. 145. Rec. AAV 15, 1939, 310-311.

NEŽIĆ, Dr Carolus: *De Pravoslavis Jugoslaviae saec. XVII. ad catholicam fidem reversis necnon de eorum conceptu Romanae Ecclesiae*. Typis polyglottis Vaticanis, Romae 1940. Pag. XI + 156 cum 2 reproductionibus photographicis et 1 tabula geographicā. Rec. Dr Janko Šimrak in *Bogoslovska smotra* 29, 1941, 76-78; S. Šakač S. I. in OCP 6, 1940, 537-538.

III. SECTIO OCCIDENTALIS

In haec sectione et libelli, qui non stricte nota scientifica praediti sunt, qui tamen pro sacerdotibus in cura animarum laborantibus utiles esse possunt, commemorantur.

SLOVACA

1. THEOLOGICA ET PHILOSOPHICA.

BUBÁN, Dr Ján: *Najhlbši koreň vlastnenia*. (Intima ratio dominii privati.) Edidit Societas Sancti Adalberti Tyrnaviae, anno 1942, pag. 176. Pretium 65 Kčs.

Ostendit quaestionem de ratione dominii privati esse problema acutum.* Argumenta enim, quae communiter afferri solent pro necessitate dominii privati, non attingunt ipsam radicem. Proponi enim solet: multas indigentias hominis non posse impleri dominio privato deleto, item: dominium privatum maiorem parere prosperitatem. Sed primaria ratio quaerenda est in intimis hominis, unde eius indigentiae derivantur. Et haec intima ratio dominii privati consistit in eo, quod *actus possessionis est amor adimpletus*. Nihil autem homini tam naturale, quam amare, cum amor sit radix omnium actionum eius. Ergo nihil homini tam naturale, quam adimpletum habere amorem per actum possessionis, seu per dominium privatum.

BUBÁN, Dr Ján: *Psychologia citov*. (Psychologia affectuum.) Edidit Societas Sancti Adalberti Tyrnaviae, a. 1946, pag. 136. Pretium 100 Kčs.

Proponit primo ea, quae de affectibus in genere et dein quae de singulis affectibus in specie statuit *psychologica experimentalis*; demum quae de affectibus docet *psychologia rationalis aristotelico-scholastica*. Ostendit magnum momentum affectuum quoad vitam tum singulorum, quam familiae et genetim societatis, cum istae sensuales motiones appetitivae virtutis in homine magnum praestent auxilium voluntati ad vincendas difficultates in bono prosequendo.

BRIŠÁK, Ján: *Neznáma obeta*. (Ignotum sacrificium.) Edidit Verbum Cassoviae, anno 1946, pag. 123. Pretium 42 Kčs.

Agit de sacrificio Missae: tum historice, tum theologicice ostendendo natum sacrificii in genere et sacrosancti sacrificii Missae in specie. Dein exponit rationem actionum liturgicarum, quae in hoc incruento sacrificio offerendo adhibentur et inducere conatur fideles, ut vere interne et ferventer efficiantur participes huius eminentissimi actus cultus divini.

DUDAŠ, Dr Cyril: *Hľadanie Absolútnej*. (Quaesitio Absoluti.)

Edidit Societas catechistarum et magistrorum religionis Bratislavae, a. 1942, paginae 160. Pretium 35 Kčs.

Proponit notionem Absoluti ostendendo eius identitatem cum theologica notione Dei et promittit perducere lectorem ad cognoscendum Absolutum. Incipiendo a possibilitate cognoscendi veritatem in genere, refutat systemata, quae negant vel falso interpretantur et demonstrat veritatem systematis scholastici cognoscendi verum et ita demonstrandi etiam existentiam Entis Absoluti, quam demonstrationem dein per argumenta perficit, ut tandem cum antea commemoraverit revelationem non contradicere naturali cognitioni sed eam multipliciter augere conclusionem practicam demonstrationis theoreticae efferat, nempe obligationem diligendi Deum et proximum imitando ideale exemplum Jesu Christi.

HANKO, Jozef: *Rozumná viera, I. diel.* (Fides rationabilis, pars. I.) Editum Trenchinii apud Adalbertum Čelko, a. 1944, pag. 259.

Agit de Deo Uno et Trino, de Deo creante et elevante, de Christo Redemptore, de B. V. Maria. Clare proponit doctrinam catholicam, sermone quidem breviore, sed modo stricte dogmatico, solvendo simul obiectiones, quae solent afferri. Et audacter aggreditur solvere difficillimas theologorum controversias per saecula disputatas, uti sunt quaestiones, quae cohaerent cum Dei immutabilitate, cum divina praescientia, cum concursu divino, etc.

HATALA, Štefan: *O živého Krista v nás.* (Agitur de Christo vivente in nobis.) Edidit Verbum Cassoviae, a. 1946, pag. 76, pretium 26 Kčs.

Processus quidam regeneratus in Ecclesia nostris temporibus specialiter parens iubet omnes catholicos, tum clericos tum laicos collaborare ad formandum „vivum Christum in nobis“ inveniendo rectam solutionem relationis hierarchiae et laicorum, item quaestions de speciali cura pastorali singulis personaliter impendenda, necnon etiam circa unionem acatholicorum cum Ecclesia, in quibus omnibus negotiis aliqua bono sensu accipienda „revolutione“, seu novus procedendi modus videtur adhibendus.

HROMNÍK, Dr Vojtěch: *Slovo Božie.* (Verbum Dei.) Editum Trenchinii sumptibus Ordinis Praedicatorum, a. 1945, pag. 81.

Continet praedicationes stricte dogmaticas pro diebus festivis solummodo (non item pro Dominicis) anni ecclesiastici. Conatur clare proponere doctrinam dogmaticam in singulis festis celebratam, quae quidem propositio primo auditu a rudioribus fors non plene percipitur, nihilominus multum confert ad sensum dogmatum lucidius intelligendum et ita ad voluntatem pertrahendam applicandamque virtutibus exercendis.

KMETKO, Dr Karol', Archiepiscopus Nitriensis: *Svetové misie.* (Missoles universales.) Tomi duo. Edidit domus missionaria So-

cietatis Verbi Divini Nitrae annis 1941 et 1942; paginae 468 cum 24 pag. imaginum photographicarum, item paginae 444 cum 24 paginis imaginum photographicarum, pretium 45 Kčs et 50 Kčs.

Opus hoc eximium diligenter confectum accurate de fundamento, seu de motivo, item de historia, de administratione, de modo et de praesenti conditione sacrarum missionum in toto terrarum orbe agit.

KMETKO, Dr Karol', Archiepiscopus Nitriensis: *Kristovým bojovníkom*. (Militibus Christi.) Edidit Societas Sancti Adalberti Tyrnaviae, a. 1944, pag. 188, pretium 20 Kčs.

Agit de Spiritu Sancto, de sacramento Confirmationis deque donis Spiritus Sancti in hoc sacramento quodammodo specialiter collatis item de modo utendi his donis ad propriam perfectionem et salutem simulque in utilitatem totius Ecclesiae militantis.

ŠIMALČÍK, Dr Juraj: *Milost Božia a človek*. (Gratia Dei et homo.) Typis societatis „Lev“ sumptibus propriis auctoris, anno 1939, pag. 203, pretium 20 Kčs.

Praemissis quibusdam veritatibus fundamentalibus agit de gratia in aeternis Dei consiliis, de gratia in Antiquo et in Novo Testamento, de peccato ut amissione gratiae (latius agendo de peccato originali eiusque sequelis) de iustificatione, proponit doctrinam Traditionis de gratia et demum errores circa gratiam.

ŠIMALČÍK, Dr Juraj: *Vesmír a Boh*. (Universum et Deus.) Edidit Societas S. Adalberti Tyrnaviae, a. 1944, pag. 354, pretium 100 Kčs.

Proponere intendit pleniorem scientificam cognitionem mundi universi. Agit de constitutione materiae, dein astronomico-cosmicam adnectit dissertationem de immensa mundi extensione, mox de vita organica, quae unice in Terra nostra invenitur. Dein breviter aliqua dicendo de quaestione quid ratio humana valeat circa ea, quae attingunt Universum, maxima in parte operis agit de Deo Ente Absoluto, Creatore mundi et vitae, proponendo simul doctrinam de homine, de fine mundi, seu de gloria Dei et beatitudine hominis, expendendo etiam problema mali et exponendo doctrinam de providentia divina tum theologice tum historice, manifestatam scilicet decursu temporum.

VIŠŇOVSKÝ, Dr Mikuláš: *Resurrexit*. Edidit Societas catechitarum et magistrorum religionis Bratislavae, a. 1941, pag. 182, pretium 35 Kčs. II-a editio: 1942.

Mentionem imprimis faciendo maximi momenti, quod miraculo resurrectionis Christi Domini competit fundamentali criterio veritatis religionis christiana, demonstrat factum historicum huius resurrectionis eiusque omnimodam supernaturalitatem. Deinde componit diversas relationes textuum

sacrorum de iis, quae resurrectionem Domini attingunt et quae aliquando quasi disconvenire videntur. Refutat etiam obiectiones recentiorum adversariorum et demum proponit doctrinam patristicam, neconon S. Thomae Aquinatis ac tandem authenticam magisterii ecclesiastici doctrinam in diversis professionibus et declarationibus de hoc dogmate. *Dr Stephanus Dúbravec.*

SPESZ, Alexander: *Mystika, magia, mediumizmus.* (Mystica, magia, mediumismus.) Tyrnaviae, Soc. S. Adalberti, 1939. Pag. 163. Cor. 13.

Exponitur discriminis essentiale inter mysticam christianam et magiam tum veterem, tum recentem, quae mediumismum audit. Similitudo ostenditur solum in phaenomenis accidentalibus. Quae tamen non est interna, sed externa. Exposita doctrina applicatur ad casum Theresiae Neumann e Konnersreuth.

Dr B.

SPESZ, Alexander: *Hranice poznania.* (Termini cognitionis nostrae.) Bratislavae, Erudita Societas Slovacca, 1941. Pag. 104. Cor. 60.

Statuuntur limites cognitionis humanae certae relate ad cognitionem historiam, empiricam et metaphysicam. Unde eruitur factum: pauca cum certitudine cognoscimus. Scientia complenda est fide. *Dr B.*

SPESZ, Alexander: *Manželstvo, vel'ké tajomstvo.* (Matrimonium, magnum mysterium.) Tyrnaviae, Cath. Academia Slovacca, 1942. Pag. 93. Cor. 40.

Matrimonium consideratur tamquam contractus naturalis. Describuntur eius proprietates essentiales. Mox proponitur qua sacramentum, cuius indoles proprietatesque item explanantur. Additur consideratio de coelibatu. II. editio operis citati prodiit ibidem anno 1943. *Dr B.*

SPESZ, Alexander: *Psychologia slovenských ľudových povier.* (Psychologia popularium superstitionum slovacarum.) Tyrnaviae, Cath. Academia Slovacca, 1944. Pag. 10. Cor. 50.

Proponuntur variae superstitiones secundum principalia stadia vitae populi slovaci et fit tentamen eas psychologicē explicandi. In fine additur caput de pugna contra superstitionem. *Dr B.*

SPESZ, Alexander: *Špiritizmus či parapsychologia?* (Spiritismus vel parapsychologia?) Tyrnaviae, Soc. S. Adalberti, 1947. Pag. 208.

Quaedam phaenomena mysteriosa omnium temporum hodie aptius explicantur per novam scientiam dictam parapsychologia. At non omnia. Quaedam adhuc in nostra aetate provectae scientiae debent explicari spiritistice.

Dr. B.

Almanach Spoločnosti Ježišovej. (Annuarium Societatis Iesu.) Edidit Posol Bož. Srdca Ježišovho, Trnava. Pag. 224.

BAK, Juraj S. J.: *Utrpenie láskou posvátené. Svätá Gemma Galgani.* (Passio amore sanctificata. De sancta Gemma Galgani.) Edidit Posol Bož. Srdca Ježišovho, Trnava 1946. Pag. 38 + 2.

BÚDA, Dr Jozef: *Evanjelium Starého zákona. Preklad knihy Izája proroka.* (Evangelium Novi Testamenti. Versio Slovaca et interpretatio libri Isaiae prophetae). Vol. I. et II. Trnava 1942 et 1943. Paginae 202 + 6 et 240 + 4.

BÚDA, Dr Jozef: *Pán s nami.* (Dominus nobiscum. Contiones biblicae.) Trenčín, editio Ord. Praed., 1946. Pag. 136. Pretium 60 Kčs.

BINDÁČ, Ernest SVD: *Inteligencia vpred!* (Quomodo iuentus academica pro missionibus laborare debeat.) In: Malá misijná knižnica, vol. 1. Edidit Misijný dom, Nitra 1943. Pg. 60. Pretium 14 Kčs.

BINDÁČ, P. Ernest SVD: *Hrdinovia. (De missionariis.)* In: Malá misijná knižnica, vol. 3. Ed. Misijný dom, Nitra.

BINDÁČ, P. Ernest SVD: *Cudzie svety.* (De vita familiari, sociali, religiosa et oeconomica in terris missionum.) In: Malá misijná knižnica, vol. 4. Ed. Misijný dom, Nitra 1945.

BRIŠÁK, Ján: *Najsvätejša obeta.* (De sanctissimo sacrificio misseae.) Košice, Verbum, 1946. Pretium 4 Kčs.

DIEŠKA, P. Ján S. J.: *Srdce nášho Božského Brata.* (Cor nostri Fratris Divini.) Posol Bož. Srdca Ježišovho, Trnava 1944. Pag. 122. Pretium 8 Kčs.

DIEŠKA, P. P. DANČO S. J.: *Tajomstvo sv. ruženca.* (Mysterium s. rosarii.) Posol Bož. Srdca Ježišovho, Trnava 1944. Pag. 72. Pretium 55 Kčs.

DUDAŠ, Dr Cyril: *Náboženský svetonáhľad.* (Manuale apologeticum.) Edidit Spolok sv. Vojtechá, Trnava 1943. Pag. 112.

EISELLE, L'udovít S. J.: *Okienko do jezuitského života.* (De Societate Iesu.) Ed. Posol Bož. Srdca Ježišovho, Trnava.

FAITH, Dr Štefan: *Kazatel'ské rečníctvo.* (Rhetorica sacra.) Ed. Spolok sv. Vojtechá, Trnava 1941. Pag. 274. Pretium 60 Kčs.

FAITH, Dr Štefan: *Činný katolicizmus.* (De Actione Catholica.) Ed. Spolok sv. Vojtechá, Trnava 1944. Pretium 80 Kčs.

FUNCZIK, Dr E.: *Cirkevnoprávna kazuistika.* (Casuistica iuris ecclesiastici.) Trnava 1940.

GRAMANTIK, Vavrinec S. J.: *Nebeský poklad.* (Collectio orationum, quae indulgentiis praeditae sunt.) Ed. Posol Bož. Srdca Ježišovho, Trnava 1943. Pag. 451.

GRAMANTIK, Vavrinec S. J.: *Podme k Srđcu Ježišovmu.* (Collectio orationum ad Ss. Cor Iesu.) Ed. Posol B. S. Jež., Trnava 1943. Pag. 272. Pretium 12 Kčs.

GASZÓ, Dr Anton: *Ver sacram.* (Contiones ad iuventutem litteris studentem.) Ed. Spolok sv. Vojtechá, Trnava 1943. Pag. 203. Pretium 40 Kčs.

GERLACH, Marián: *Korunovaná.* (De B. Maria Virgine, omnes haereses interimente.) Ed. Spolok sv. Vojtechá, Trnava 1946. Pag. 178. Pretium 48 Kčs.

Ježiš Kristu Vykupitel'. Prebl. *Panna Mária.* (Quaestiones theologicae de Iesu Christo Redemptore et de B. Maria Virgine.) Typis Vojtech Čelko, Trenčín 1944. Pag. 259.

HOLÚSEK, Oto: *V službe oltára.* (De ministerio altaris.) Ed. Spolok sv. Vojtechá, Trnava 1943. Pag. 214.

JAKŠIČ, P. Akkurz OFM: *Cesta katolickej rodiny.* (De familia catholica.) Edidit Ústredie Spolku sv. Rodiny na Slovensku, 1943. Pag. 73.

JANTHAUSCH, Dr Pavol, episcopus, apost. adm. Tyrnaviensis: *Kresťan dnes.* (Institutiones, exhortationes, exempla de vita christiana.) Tomus I. et II. Ed. Posol Bož. Srdca Jež., Trnava 1943 et 1944. Pag. 352 et 340. Pretium 80 Kčs.

KALMANČOK, Andrej: *Čo je pravda?* (Contiones pro toto anno ecclesiastico.) Annus III. et IV. Sumptibus propriis, Hliník nad Hronom 1943 et 1946.

KLČO, Dr Jozef: *Čo sa, l'ud moj, robi s tebou?* (De quaestioni bus socialibus.) Sumptibus propriis, Veľké Bielice 1940. Pag. 150. Pretium 15 Kčs.

KLČO, Dr Jozef: *Flectamus genua.* (Contiones eucharisticae.) Sumptibus propriis, Veľké Bielice 1941. Pag. 202. Pretium 35 Kčs.

KLČO, Dr Jozef: *Cantabo.* (Contiones de sacramento poenitentiae.) Sumptibus propriis, Veľké Bielice 1944. Pag. 189.

MÁCHAL, Viliam: *Regina cleri.* Ed. Spolok sv. Vojtechá, Trnava, 2. ed. 1943. Pag. 78. Pretium 20 Kčs.

MATTOŠKA, P. Libor OFM: *L'alja medzi trnim.* (Lilium inter spinas.) Ed. Serafínsky svet, Prešov 1942. Pag. 334. Pretium 28 Kčs.

MATTOŠKA, P. Libor OFM: *Katolické dievča vo svete.* (De puellis extra domum paternam degentibus.) Ed. Serafínsky svet, Prešov 1942. Pretium 15 Kčs.

MATTOŠKA, P. Libor OFM: *Otecko odkazuje.* (Legatum patris.) Ed. Serafínsky svet, Prešov, 2. ed. 1942. Pag. 232. Pretium 30 Kčs.

Misijné zvony. (Manuale ad dies missionum celebrandos.) Tomus I. et II. In: *Misijní knižnica „Nitra“*, vol. IV. et V. Edidit Misijný dom, Nitra 1943 et 1944. Paginae I.: 319 + 22 (carmina cum notis musicis) + 20; II.: 184 + 6 (notae musicae) + 2.

Písmo sväte Nového Zákona. (S. Scriptura Novi Testamenti.) In linguam Slovacam verterunt commentariisque instruxerunt Msgr. Dr Štef. Zlatoš et Dr Anton Ján Šurjanský. Ed. Spolok sv. Vojtechá, Trnava 1946. Pag. 888 + 4.

POLEDNOVÁ, Hermelanda: *Duševná kvetinová záhradka.* (Floralia animae.) Ed. Spolok sv. Vojtechá, Trnava 1941. Pag. 238. Pretium 32 Kčs.

RYBÁR, Dr Ján: *Duša a telo.* (De anima et corpore consideratio philosophico-psychologica.) 1943.

SALATŇAY, Dr Michal: *Katolicka akcia.* (De Actione Catholica.) Ed. Spolok sv. Vojtechá, Trnava 1940. Pag. 272.

SABO, Florián: *Siedmy deň Pánovi.* (Contiones de tertio praecepto.) 1946.

SABOL, N.: *Dušičky z očistca.* (Animae in purgatorio.) Edidit Ordo s. Basili Magni, Medzilaborce 1943.

ŠKRÁBIK, Andrej, episcopus: *Misjným svetom.* (De missionibus in toto mundo.) Ed. Spolok sv. Vojtechá, Trnava 1940. Pag. 169.

ŠTEFÍK, Izidor S. J.: *Tajomstvo šťastia.* (Mysterium beatitudinis.) Ed. Posol Bož. Srdca J., Trnava 1941. Pag. 124.

ŠTEFÍK, Izidor S. J.: *Krvácajúce srdce.* (Cor vulneratum.) Ed. Posol Bož. Srdca J., Trnava 1943. Pag. 74.

WEBER, Jozef S. J.: *Fátima, odkaz Panny Márie.* (De apparitionibus B. Mariae V. in Fatima.) Ed. Posol B. Srdca J. Trnava, 3. ed. 1944. Pag. 346. Pretium 20 Kčs.

ŽATKO, Jozef: *Dieľo kňazských povolania.* (De opere vocacionum sacerdotalium.) Ed. Misijný dom, Nitra 1946. Pag. 118. Pretium 20 Kčs.

Život v misiách. Sbierka misijných príkladov pre kazateľov a katechetov. (De vita in terris missionum. Collectio exemplorum pro conzionatoribus et catechetis.) Verterunt et collegerunt membra societatis theologorum catholicorum „Osvald“ in Bratislava.

In: Misijná knižnica „Nitra“, vol. VII. Sumptibus Centri sociatum pro missionibus laborantium edidit Misijný dom, Nitra 1945. Pag. 464 + XVI.

HISTORICA.

BUCKO, Doc. Dr Vojtech: *Reformné hnutie v arcibiskupstve ostrihomskom do r. 1564.* (Motus reformationis in archiepoiscopatu Strigoniensi usque ad annum 1564.) Bratislava 1939. Paginae 327. Pretium 60 Kčs.

Cl. auctor, docens in catholica facultate theologica Bratislavensi, investigat causas, praeparationem et initia reformationis in Slovakia, quae post cladem ad flumen Moháč anno 1526 substantiam potestatis Habsburgorum in Hungaria efficiebat. Observatur et inquiritur propagatio reformationis ex parte doctrinae dogmaticae, evolutionis nationalis et organisationis ecclesiasticae. Perturbationes in rebus politicis et oeconomicis, impetus Turcarum, coloniae Germanicae in comitatu Scepusiensi (Spiš) necnon in urbibus, ubi metalla effodiebantur, deinde organisatio ecclesiastica dissoluta (in proelio ad flumen Moháč duo archiepiscopi et quinque episcopi perierunt) progressum reformationis etiam n Slovakia possibilem reddiderunt. Attamen e fontibus historicis, praesertim qui de visitationibus canonicis agunt, facile concluditur propagationem resformationis in Slovakia alium cursum tenuisse ac in Germania et organisationem reformationis in Slovakia demum in synodo Žilinensi anno 1610 stabilitam esse. Usque ad illud tempus potius conamina tantum fiebant reformationis introducendae, quae saeculo XVI. phaenomenon communiter obvium erat. Maximi pretii sunt documenta historica, praesertim de visitationibus canonicis, quae cl. auctor in archiviis domesticis et externis (in archivio archiepiscoporum Strigoniensium) inventa in secunda parte libri publicavit.

Dr D.

BUCKO, Doc. Dr Vojtech: *K náboženským dejinám vo Zvolenskej okolo r. 1560.* (Adnotata ad historiam religiosam in comitatu Zvoleniensi circa annum 1560.) Bratislava 1941. Paginae 18. (Separatim editum e foliis periodicis „Theologica Catholica Slovaca“.)

In hocce opusculo cl. auctor de conditionibus religiosis in comitatu Zvolen circa annum 1560 agens e fontibus historicis eruit et probat contra sententiam auctorum protestantium etiam in regione ista Slovakiae reformationem saeculo XVI. paulatim tantum propagatam esse, qua re ad historiam religiosam Slovakiae saeculi XVI. cognoscendam auctor non parum confert. Dr D.

BUCKO, Doc. Dr Vojtech: *Mikuláš Oláh a jeho doba (1493-1568).* (Nicolaus Oláh eiusque aetas). Bratislava 1940. Paginae 228. Pretium 60 Kčs.

Describitur vita prominentissimi archiepiscopi Strigoniensis Nicolai Oláh eiusxue bene merita de fluctibus reformationis cohibendis archidioecesi

Strigoniensi, quae tunc temporis maiorem partem regionis Slovacae occupabat. Oláh, humanista elegantissime excultus, partes Habsburgorum sequens,

tamen difficulter gratiam apud Ferdinandum acquirere sategit, ad mentem concilii Tridentini vitam religiosam et moralem in Slovakia elevandam studuit. De erudiendo educandoque clero admodum sollicitus erat. Qua de causa patres Sócietas Iesu vocavit ipsiusque seminarium Tyrnaviense necnon alis scholas regendas tradidit. Per plures synodos dioecesanas et visitationes canonicas saepius repetitas vitam religiosam restaurandam curavit. Necesarios libros liturgicos denuo edidit et nonnulla scripta scientifica ipse concinnavit. Influxu suo politico etiam usus est, ut motum reformationis sisteret et catholicismum confirmaret. Tamquam humanista recatholisationem per vim efficiendam improbavit, sed per doctrinam catholicam et per educationem cleri salutis animarum zelo et scientiis imbuendi catholicismum confirmare sategit. Sed morte eiusdem secuta longa vacantia sedis Strigoniensis incepit, quo factum est, ut conatus laboresque eius interrupti sint. Demum celeberrimus ille archiepiscopus Strigoniensis Petrus Pázman saeculo XVII. opus recatholisationis magno cum successu continuavit.

Dr D.

BUCKO, Doc. Dr Vojtech: *Cirkev Kristova v dejinách*. (Ecclesia Christi in historia considerata.) Bratislava 1944. Paginae 240 + 8. Prearium 70.- Ks.

Liber brevem conspectum praebet historiae ecclesiasticae speciali respectu habito ad historiam ecclesiasticam Slovacam.

WALTER, O.: *Pius XII. - pápež pokoj*. (Pius XII. - papa pacis.) Ex originali Germanico vertit et complevit doc. Dr Adalbertus (Vojtech) Bucko. Bratislava 1940. Paginae 240 + 16. Prearium 40 Ks.

Dr Karol Kmeťko 25 rokov biskupom v Nitre. (Dr Carolus Kmeťko, munere episcopi Nitriensis 25 annos fungens.) Trnava 1946.

Collectanea sub directione doc. dris Adalberti (Vojtech) Bucko edita de vita et activitate pastorali Excelmi episcopi Nitriensis dris Caroli Kmeťko, qui a S. Sede titulo archiepiscopi ad personam insignitus est.

ČÍK, P. Xavér: *Dejiny Mariatálu*. (Historia loci Mariatál apud urbem Bratislavam, ubi peregrinationes fidelium fiunt.) Prodiit sumptibus folii periodici „Mariatál“, Marianka 1942. Pag. 272. Prearium 27 Kčs.

DROZD, Dr Štefan: *K počiatkom diela Detinstva Ježišovho na Slovensku*. (Initia Operis Infantiae Iesu in Slovakia.) Ed. Spolok sv. Vojtechá, Trnava 1943. Pag. 136.

HARČÁR, Dr A.: *Historický význam protireformácie v Košiciach v r. 1604*. (Momentum historicum contrareformationis in urbe Košice anno 1604.) Ed. Spolok sv. Vojtechá v Uhorsku, Budapešt 1942. Pag. 139.

JANKOVIČ, Vendelín: *Dejiny jezuitov v Banskej Štiavnici.* (Historia Iesuitarum in Banská Štiavnica.) Edidit Facultas philosophica universitatis Bratislaviensis, Bratislava 1941. Pag. 144.

JANSSEN, P. Arnold. (Vita fundatoris Societatis Verbi Divini.) Scripserunt missionarii Societatis Verbi Divini. In: Misijná knižnica „Nitra“, vol. III. Edidit Misijný dom, Nitra 1943 (ed. 2. emendata et completa.) Pag. 240. Pretium 28 Kčs.

REKEM, Dr Ján: *Štefan Dubnicay a jeho doba.* (Opus apologetico-historicum de Stephano Dubnicay eiusque aetate.) Sumptibus folii periodici „Trenčan“ 1944. Pag. 72. Pretium 60 Kčs.

ŠPIRKO, Dr Jozef: *Patrologia. Život, a učenie sv. Otcov.* (De vita, scriptis et doctrina ss. Patrum.) Praha, Kuciř, 1939. Pag. 272 + 4.

ŠPIRKO, Dr Jozef: *Cirkevné dejiny.* (Historia ecclesiastica.) Tomus I. et II. Turč. sv. Martin 1943.

ŠPIRKO, Dr Jozef: *Spišský historik Jozef Hradský. Jeho život a dielo.* (De Josepho Hradský, rerum gestarum scriptore Scepusiensi.) Edidit Matica Slovenská, Turč. sv. Martin 1946. Pag. 46. Pretium 42 Kčs.

BOHEMICA.

1. PHILOSOPHICA.

BENEŠ, Dr Jaroslav: *Duch a hmota v theorií poznání.* (Spiritus et materia in theoria cognitionis) Bohuslav Rupp v Praze 1946. Pag. 94. Pret. 50 Kčs.

Secundum S. Thomam omne ens tendit ad proprios actus uti propriam perfectionem. Ita in homine adest in cogitatione (ratiocinio) talis propria activitas, inde etiam propria perfectio, natura rationalis, ad quam ordinantur quasi caetera omnia partim uti praesupposita, partim uti necessariae consequentiae. Ideo theoria cognitionis potest considerari etiam sub hoc generali aspectu. In tali consideratione autem appareat uti fundamentale problema solendum de spiritu et materia. Nam in propria natura humana et consequenter etiam in propria activitate hominis tangitur quaestio de unione spiritus cum materia.

Finis praecipuus operationis rationalis est assecutio verae cognitionis.

Auctor in prima parte perlustrat succinctis articulis omnia praesupposita vel etiam omnes functiones praevias ad veritatem obtinendam.

In secunda parte considerat ipsam quaestionem de veritate cognitionis eiusque fundamento (ontologico), deinde quaestionem de supremo fonte veritatis ac de criterio veritatis.

Ita compositae ac propositae quaestiones de cognitione ac veritate implici-
vel etiam explicite continent vindicationem efficacem superioris dominii
spiritus in ordine rerum.

Auctor amore veritatis ductus aetate materia quasi obruta meditationes de
primatu spiritus lectoribus in manus desiderans tradit, ut dignatem pro-
priam agnoscant eamque contra errores passim grassantes modo efficaci de-
fendant. Faxit Deus.
Dr Jos. Matocha.

PIMPER, Antonín: *Křesťanský solidarismus*. (Solidarismus chri-
stianus.) Edidit Č. A. T. - Universum, Praha 1946. Prodiit in bibli-
oteca „Nové dílo“, volumen 12. Paginae 146. Pretium 50 Kčs.

Auctor huius libri operibus suis, quorum maximum „Národní hospodářství
pro každého“ (Oeconomia nationalis unicuique) iam sexies in lucem prodiit,
et pluribus articulis de re oeconomica in foliis periodicis editis notus est.
In prima parte huius libri iudicia de liberalismo oeconomico refert, quae
saeculo XIX. et XX. a schola oeconomica syndicalistica (cooperativistica) et
a schola historica Germanica prolata sunt. Addit quoque iudicia quaedam de
liberalismo ab historicis et aestheticis Anglorum (John Ruskin, Carlyle, Wil-
liam Moriss) prolata et principia praecipua solidaristarum christianorum
Gallicorum exponit. Auctor studet, ut lectoribus non satis de hac re edocet
essentiam liberalismi oeconomici breviter explicet et defectus erroresque
eius detegat. Non tamen reticet nonnullas partes eius bonas, in quantum li-
beralismus principia initiatiae privatae in operando prosequitur et de evolu-
tione oeconomica saeculi XIX. et de progressu technico hodierno bene me-
